

FASTI
ET TRIVMPHI ROM. A ROMVLO REGE VSQVE ad Carolum V. Cæs. Aug.



SIVE EPITOME

Regum, Consulum, Dictatorum, Magistror. equitum, Tribunorum militum consulari potestate, Censorum, Impp. & aliorum Magistratuum Roman. cum orientalium tum occidentalium, ex antiquitatum monumentis maxima cum fide ac diligentia desumpta.

ONVPHRIO PANVINIO VERONENSI F.
AVGVSTINIANO AVTHORE.

Additæ sunt suis locis Impp. & orientalium, & occidentalium uerissimæ Icones, ex vetustissimis numismatis quàm fidelissimè delineatæ.

Ex Musæo Iacobi Stradæ Mantuani, ciuis Romani, Antiquarij.

Bibliothecæ — Sect.
Coll. Romi — Soc. Iesu






ex legato — Ant.mi Cocini

Cum Cæs.^{ae} Ma.^{tis} Ser.^{mi} Rom. Regis, ac Ill.^{mi} Senatus Veneti gratia, & Priuilegijs.

VENETIIS, Impensis Iacobi Stradæ Mantuani.
M. D. LVII.



SERENISSIMO ET POTENTISS. PRINCIPI,

ac Domino D. Maximiliano

REGI BOHEMIAE, ARCHIDVCI AVSTRIAE, DVCI BVRGVNDIAE AC SILESIAE, ETC.

MARCHIONI MORAVIAE, ETC. COMITI in Tyroli, &c. Domino suo clementißimo

IACOBVS STRADA MANTVANVS SALVTEM PRECATVR.



ERVM antiquarum monumenta Serenißs. REX, cum sæculorum omnium veluti speculum quoddam & simulachrum nobis repræsentant, cum totius humanæ vitæ curriculum, ac statum magno cũ fructu, ac uoluptate explicare uidentur. Quamuis autem Aegyptiorum & Græcorum imperia res habuerint maximè memorabileis atq; illustreis, nescio tamen quo fato factum sit, ut Romanorum potißimum omnia & dicta, & facta, nõ una lingua aut ratione, sed multiplici ac varia, summa & diligentia collecta, & immortalitati sint consecrata. Quicquid enim à Romanis est gestum belli ac pacis tempore, tam salua ac vigente Republ. quàm Cæsarum potentia res administrante, & Græcorum & Latinorum hystoriæ, & vetusta atque antiqua marmora, & tam Romæ, atque in alijs totius Italiæ locis, quàm in externis etiam Prouincijs ac ciuitatibus, publica & priuata ædificia, & vetera quoque numismata luculentißimè testantur. Et profectò non sine diuini numinis prouidentia factum arbitror, ut earum rerum memoria tam diligenter ad posteros sit transmissa: eiusmodi enim sunt, quæ cum Principum tum priuatorum animos ad uirtutem ac præclara facinora ædenda poßint accendere ac inflammare, modo vtilia nobis ac salutaria exempla liberet imitari. Illud certè verißimum esse antiquitatis studiosus quisque fateri cogitur, cum prudentiæ ui, tam armorum ac bellandi peritia uniuersum terrarum orbem Romanos sibi subiecisse: quorum sanè Reipub. potißi-

mum tempore floruit amplitudo, idq́ue ea ratione, quòd optimos & grauißimos habuit Senatores, qui rerum administratione summo consilio & prudentia fungebantur, unde supremum mundi imperium sibi compararunt. Verum quum ea rerum omnium à Deo Opt. Max. conditarum sit couditio, vt vicißitudine quadam immutentur, neque in eodem statu diu persistant, ita sanè, ut diuina etiam illa ac cœlestia corpora, quorum sempiterna est essentia ac immortalis, admirabili quadam ratione perpetuò circumuoluantur: amplißimam quoque Rempub. cõmuni fato agitari oportuit. Siquidem C. Cæsar eius libertate oppressa & conculcata, & perpetui Dictatoris nomine abusus, peßimo ac rebus humanis pernicioso admodum exemplo, ad suum vnius arbitrium, rerum omnium administrationem reuocare ac moderari cæpit: à quo etiam Imperatoris nomen initium duxit, quod anteà ducem ac moderatorem exercitus significabat, ut græca vox στρατηγός, & Reipub. tempore excusa ex argento numismata declarant. Ex quibus omnia ferè, quæ ad Reipub. hystoriam pertinent, facile intelliguntur, quanquam Imperij Romani dignitas ac amplitudo ex nullis numismatis magis, quàm ex ipsa Vrbe Roma disci potest. Illic enim rerum præclarè gestarum uerißima sunt monumenta, quæ licet annorum spacio meliorem pulchritudinis suæ partem amiserunt, cum tamen spectatoribus Trophœa, triumphos, ludos, certamina ac reliqua huiusmodi repræsentant, dici uix potest, quàm admirabilem uoluptatem creent: veluti enim ex unguibus (ut aiunt) leonem ostendunt. Quamuis muta sint illa spectacula, quæ eos tantum, qui in Romanarum rerum hystoria egregiè sunt uersati, poßint admonere: viua illic sunt oracula, quæ tanquàm de rebus præsentibus loquuntur, & quicquid temporum iniuria monumentis illis deest, ueluti erudita Commentaria sarciunt, exactißiméque interpretantur. Qui enim Antonium Augustinum, Patrem Octauium, Gentilem Delphinum, Achillem Maphæum, Benedictum Aegium, Gabrielem Faërnum, aliósque innumeros hisce de rebus differenteis audiuerunt, testari illud poßunt. Ad eos certè tanquam ad Delphici Apollinis templum accedunt antiquitatum studiosi omnes, quos etiam magna animi alacritate ac promptitudine audiunt, & non sine magno fructu discedunt. Incredibilis profectò illis est sapientia cum eloquentia coniuncta, quam & summa erga omneis humanitas, & morum probitas comitatur. Nec verò inter illos postremum locum tenet Onuphrius Panuinius, qui & in bonarum literarum studijs summa cum laude uersatur, & totius antiquitatis est consultißimus. Habet hic suæ uirtutis ac eruditionis præclara testimonia, cuius præsens etiam liber non vulgare

specimen

ſpecimen dabit, is enim eius eſt Author, quem commoda ſibi oblata occaſione conſcritpſit, eam Sereniſs. tuæ Maieſtati nunc explicare minimè importunum duxi. Is olim fuit Vrbis Romæ ſplendor ac amplitudo, ut cum totius orbis ſummum Imperium obtineret, non ſolum quicquid in externis prouincijs eximium inueniebatur, ad ipſam ueluti omnium reginam deferretur, ſed quicquid etiam domi fiebat, in auro, argento, ære, ac lapidibus veluti immortalitati conſecrata, ſignarentur. Rerum autem viciſsitudine mutata, vrbe non ſemel à Barbaris direpta, incenſa, et ſolo æquata, factum eſt, ut res omnium præclariſsimæ, ueluti mortuum cadauer, ruinis illis ſepelirentur. Et quamuis Pontificum ſplendore ſæpius vrbs ſit inſtaurata, & in agrorum cultu ac ædificijs conſtruendis effoſſum pauimentum, perpetuò rerum antiquarum egregia dederit monumenta: neſcio tamen an plura aliàs, quàm nunc, fuerint reperta. Paulo certè III. Pont. Max. cuius Pontificatu antiquam Romæ faciem ac decus recuperauit, res omnium pulcherrimæ ſunt inuentæ. Præ cæteris uerò memorabilis eſt uetuſtiſsimorum lapidum inſignis ille ordo, in quo ab vrbis initio per Reges ad Rempub. & à Repub. per Cæſares uſque ad Tiberium continuata ſeries uniuerſam rerum geſtarum ac magiſtratuum hyſtoriam nobis proponit. Erat tum ſummo in honore ac authoritate Alexander Farneſius, Cardinalis ampliſsimus, uirorum omnium quacúnque in facultate, præcipuè verò literaria, excellentium ſummus Patronus ac fautor, ad illum igitur, tanquam eo dignum munus, delati lapides, ingentis Theſauri loco illi fuerunt, ac ipſius iuſſu in Capitolio collocati, & ut eorum dignitas requirebat, eximia ſtructura exornati, rerum antiquarum ſtudioſis auguſtiſsimum ſpectaculum præbent. Farneſio familiaris tum fuit, ut nunc etiam, Onuphrius Panuinius, qui cum in Romanorum hyſtoria, anteà egregiè eſſet verſatus, eorum lapidum aſpectu maiorem quàm cæteri, uoluptatem accepit, & cum longo annorum ſpatio, ac temporis iniuria lapides exeſi eſſent ac corrupti, de illis reſtituendis ac reparandis cœpit cogitare, id quod ob ſingularem eo in genere ſcientiam, efficere illi non fuit difficile. Ne autem rerum ordo confunderetur, omneis, qui in illis continentur, triumphos, ouationes, ac permultos magiſtratus ſeorſum ponendos iudicauit. Ipſe uerò ex uniuerſa hyſtoria, omnium à Tiberio tàm orientalium quàm occidentalium Cæſarum perpetuam ſeriem, cum omni conſulatu, ac re memorabili, usque ad Carolum V. Cæs. inuictiſs. ac patruum tuum, adiunxit, opus certè & præclarum, & omnibus hyſtoriæ cupidis anteà diu expetitum. Quod, cum & magni laboris, & profundæ eruditionis eſſet, clariſsimos illos in re literaria Heroas,

quos ante nominaui, consulere Onuphrium Panuinium minimè puduit, quorum consilio ac doctrina absolutum fuit. ego Serenissime Rex, etsi cum illis minimè sim comparandus, antiquitatis me tamen usqueadeò studiosum profiteor, ut cum ante treis annos Romæ in Illustriss. Cardinalis Alexandri Farnesij Domini, ac patroni mei aula, tanquam eius familiaris uersarer: & eius libri copia mihi esset facta, uoluptatem cœperim non mediocrem. Et cum illinc mihi esset discedendum, non destiti, donec clarissimi uiri Antonij Augustini opera, illius exemplum mihi compararem, quod etiam locupletissimo rerum omnium Indice, & Impp. imaginibus, quæ ex antiquissimis ac verissimis numismatis sunt desumptæ, illustraui: ut mea industria ac diligentia non medriocriter auctum esse possim affirmare. Illud multi optimi ac erudiri viri cum in mea Bibliotheca uiderint ac probarint, ingentis piaculi loco duxerunt, librum summis votis ab omnibus expetitum apud paucos latere, & cum Author ipse Librum æditurus minimè uideretur, ad hanc æditionem me inuitum pœne perpulerunt. Quare eorum precibus tandem uictus, alienum quidem opus ædo, sed in quo tamen meus etiam labor ita eniteat, ut laudis partem iure merito mihi possim uendicare. Pulcherrimò ædificio comparari hic liber potest, cuius lapides illi in Capitolio collocati sunt fundamenta, quibus parietes atque structuram Panuinius adiecit, ego uerò tectum imposui, & ad summum fastigium perduxi. Quantam enim utilitatem cum summa voluptate coniunctam afferant adiecta per me numismata, norunt illi, qui in dignoscenda eorum præstantia ac dignitate sunt exercitati. verissimam profectò rerum hystoriam, tàm Reipublicæ, quàm Cæsarum tempore gestarum, numismatis continerit constat. Omnia enim bella, victoriæ, ædificia, triumphi, trophæa, Sacrificia, Ludi, orationes ad milites, donatiua & congiaria, & quicquid prætereà est memorabile, illis est consignatum, id quod Serenissima Miestas tua in magno illo nummismatum, quem apud se habet, thesauro facillimè poterit intueri. Proinde minimè mirandum est, si præclara quæque ingenia, & nobilissimi, ac principes viri per totam Europam eorum studio usqueadeò capiuntur, ut in illis conquirendis diligentissimi sint, & ingentem auri summam in illis cōparandis quotidie insumant. Quorum ego vestigia imitatus, cum ad hoc studium me natum esse intelligerem, totū à primis annis vitæ meæ curriculum, magno meo & sumptu & labore peregrinationibus confeci: quibus sanè quicquid habet Europa in hoc genere præclarum, vndique corrasi, ac in unum volumen redegi, tantum ut meam animi voluptatem explerem, ac meo genio obtemperarem. Possem ego hic plureis nominare,

re, qui hoc ſtudio maximè capiuntur, ac ſummis in delitijs habent. Ampliſsimum tamē virum Ioannem Iacobum Fuggerum ſilentio præterire non poſſum, ſed nec debeo quidem, eius enim liberalitate & peregrinationes illas ſubire, & meæ propenſioni potui indulgere. Ego certè illius in gratiam eiuſmodi libros hoc in genere paraui, qui & magno illi conſtant, & apud neminem in tota Europa reperiri certò ſcio. Quicquid enim ullibi dignum fuit, nullis ſumptibus pepercit, vt ſibi compararet, ſcilicet, ne quid præclarum inueniri poſſet, quod non in ſua illa refertiſsima atque inſtructiſsima Bibliotheca etiam contineretur. Cum igitur antiqua numiſmata apud magnos atque illuſtreis viros ea ſint in exiſtimatione ac authoritate, non parum me huic libro contuliſſe arbitror, cum, vbicunque licuit, illis exornaui. Hoſce igitur hyſtoriæ Romanæ Faſtos, quos in lucem profero! Sereniſsimæ tuæ Maieſtati multis nominibus uolui conſecrare, cùm lapides illi Capitolini, quos libentiùs illi attuliſſem, in mea minimè ſint poteſtate. Auſtriaca enim domus, omnium quæ ſub cœlo ſunt, Illuſtriſsima, multos hactenus Cæſares, & illos quidem potentiſsimos, ac multis victorijs inſigneis dedit, quorum ueſtigijs S. M. T. inſiſtit, atque Heroicas uirtutes usqueadeò imitatur, vt ſummus ille orbis magiſtratus iure merito conuenire illi uideatur. Neque enim tam elegantem ac Auguſtam, aſpectúque iucundiſsimam, ac maieſtatis plenam corporis formam, animi verò inſigneis dotes, prudentiam, eruditionem variam, multarum linguarum peritiam, temperantiam, pietatem ac regalium virtutum omnium chorum, ſummus ille rerum omnium moderator Deus Opt. Max. tibi donaſſet, niſi talibus auſpicijs ad ſummum orbis Imperium prouehere te conſtituiſſet. Quum itaque Cæſarum ordinem ac ſeriem aucturus aliquando ſis, ac ornaturus: nemo omniũ præter te fuit, ſub cuius nomine ac patrocinio ædendus eſſet hic liber, in quo ille continetur. Accedit etiam ſingularis quædam obſeruantia, atque animi mei propenſiſsima uoluntas erga Sereniſsimam M. tuam quam in huius libri nuncupatione teſtatam facere uolui. Deus illam diutiſsimè ſeruet incolumem, ac omnibus in rebus fortunatiſsimam ac fœliciſsimam reddat, cuius fidei ac clientelæ me etiam atque etiam commendo. Venetijs Idib. Maijs. Vale.

ONVPHRIVS

ONVPHRIVS PANVINIVS Veronensis F. Augustinianus Lectori. S. D.



TEMPORVM cognitionem (quæ hystoria dicitur) præclaram certè rem, & humanæ vitæ perquàm vtilem, sapientissimus quisque semper iudicauit. Ea enim, tanquam suis coloribus expressa pictura, consilia, actiones, regum exitus, magnorumque virorum gesta, & diuersarum gentium mores, actus, studia, instituta, legesque, rerum gestarum rectissimo ordine seruato, quasi ob oculos ponit: qua, tanquam temporum teste, veritatis luce, memoriæ vita, & quod vtilissimum est, vitæ nostræ magistra (vt rectè ait Cicero) vti nobis licet. Multarum etenim rerum monumentis, optimos quosque perpetuæ laudis gloria apud posteros florere edocti, ad præclara quoque ædenda facinora virtutesque sectandas accendimur: simulque à vitijs, turpibusque gestis deterremur, ignominiæ perpetuæ metu, cum malorum hominum detestationi & execrationi obnoxiam memoriam videmus. Hac ratione motus Imp. ille, vt maximus, ita optimus, Seuerus Alexander, nil in vita sua pœnitendum fecit, & de omnibus, præsertim eruditis viris semper benemereri conatus est: hoc nimirum pulcherrimo adductus argumento, ne quid scilicet de se asperum scriberent veritus, quod posterorûm animos offenderet. Historiæ omneis mortaleis obnoxios esse certissimum est: quid quæso referret, tot tantisque principibus, quorum memoriam maximis laudibus extollere solemus, præclarissimas res gessisse, nisi extitissent hi, qui omnia tenebris fere obruta, & vnius hominis ætatem vix duratura, luculentissimis scriptis immortalitati donassent? Nonne omnium antiquorum, tum Romanorum tum externorum ducum gesta præclara, à nostri temporis memoria remotissima, iamdiu exoluissent? nullaque prorsus eorum, ac si nunquam fuissent: extaret recordatio? nisi doctissimorum virorum diligentia collecta, è densissimis eruta bellorum procellis, veluti, luci reddita essent? Hanc vim & dignitatem rectè animaduertit ille Macedonum rex Alexander magnus, dum Achillem fœlicem appellauit, eiusque gloriæ se inuidere dixit, propterea quòd virum maximum, qui eius gesta perpetua memoria illustriora redderet, nactus esset. Omnes denique homines, etsi humiles infimæque sortis sunt, ei multum debent, quòd nos, qui ex naturæ instituto, vix octuagesimum annum attingimus, eaque temporis breuitate (si mundi origo spectetur) nil, aut admodum aliquid perparum cognoscere possemus: eius beneficio adiuti, ea, quæ duorum vel trium millium annorum interuallo transacta sunt, ex scriptorum monumentis cognoscimus. porro autem hystoria tantò præclarior est, & dignior: quantò maiorem & præstantiorem subiectam rerum gestarum memoriam habet. perinde ac est illa, quæ populi Romani acta continet, omnium eminentissima, à multis authoribus & Græcis & Latinis conscripta. Etenim siquis omnium gentium & ciuitatum, totiusque orbis principatus memoriæ commendatos considerabit, & inter sese comparabit, quis eorum maximum adeptus sit Imperium, inueniet profectò, post homineis natos, nil Romano Imperio maius, nil fœlicius, nil rerum pace, belloque gestarum gloria, Imperij magnitudine, temporisque diuturnitate clarius, aut excellentius unquam excogitari potuisse. Eius verò rei infiniti pœne hystoriarum libri testes sunt. A quibus si temporum verissima ratio, perfectusque rerum gestarum ordo tollatur, certum est hystoriam fore veluti pulcherrimum palatium, intus vndique varijs picturis ornatum, auro elaboratum, & omnibus numeris absolutum, cuius tamen vel

nullæ,

nullæ, vel angustæ fenestræ sint: tolle enim lucem ab ipso, nonne veluti quoddam chaos confusum remanebit? in quo nihil in eo existentium, lucis penuria clarè distingui poterit? nihilò secius subtrahe ætatum ac sæculorum ex hystoria ordinem, rerumque gestarum seriem, certè nil lucis rebus relinquetur. Hac itaque ego causa adductus, cum Romana hystoria omnium excellentissima, & vtilissima à præclarissimis viris, tam græcè, quam latinè conscripta, in temporum ratione, rerum gestarum ordine, seu librariorum inscitia, seu temporum diuturnitate, seu scriptorum varietate vel negligentia, seu antiquarum hystoriarum misero certè casu (cum eas vel amissas uel si supersunt, mutilas, aut deprauatas habeamus) mirè claudicet, incertaque & inconstans multis in locis habeatur, omnibus antiquarum hystoriarum studiosis operæpretium me facturum existimaui, si hoc, quamuis arduum ac perdifficile negocium conficiendum suscepissem, vt annuam eorum magistratuum, qui apud antiquos Romanos præstantiores erant, & quibus præcipuè ipsorum temporum ratio nititur, descriptionem à Romulo rege primo, vsque ad Romani Imperij declinationem, per mille & trecentos annos perducerem, apud omneis scriptores, omni fere ex parte imperfectam, & sexcentis erroribus scatentem. Etenim Cassiodorum solum ex his, qui de hoc negocio speciatim conscripserint, innumerabilibus mendis & erroribus affectum habemus. Nam aliorum de hac re Fastos, & præsertim Ausonij desideramus, quos ab initio vrbis conditæ se auspicatum esse, & continuato ordine, vsque ad suum consulatum perduxisse, his versibus testatur ad Proculum:

Vrbis ab æternæ deductam (rege Quirino)
Annorum seriem, cum Procule accipies:
Mille annos, centumque, & bis fluxisse nouenos,
Consulis Ausoni nomen ad vsque leges.
Fors erit, vt lustrum cum se cumulauerit istis:
Confectam Proculus signet Olympiaden.

Fastos etiam Consulareis conscripserunt sub Antonio, M. Aurelius Crator, & Chrysorus (vt existimo) ambo eius Imperatoris liberti, de quibus Theophilus Antiochenus tertio disputationum libro contra Autolycum, Christianæ veritatis calumniatorem sic scribit. Regibus annuus successit magistratus, Consules scilicet, quorum nomina recensere superuacaneum reor, quæ siquis scire auet, legat Chrysorum & Cratorem M. Aurelij veri libertum. Crator enim à condita vrbe vsque ad obitum Patroni sui Veri manifestè & exactè annotauit, cum nomina tum tempora, annuorum magistratuum: hæc autem ad manus nostras adhuc minimè venerunt, at de his hactenus. præcipuorum autem magistratuum Fastis, Triumphos ab ipsis eisdem actos, addendos censui, ne præclari viri merito frustrentur honore: sed eorum clarissima gesta per triumphorum titulos cognoscantur. simulque quoniam hunc ordinem sequutos esse antiquos Capitolinorum marmorum authores videmus, opus sanè magni laboris ac multarum vigiliarum. Noster autem labor his in rebus, vtilis esse præ cæteris potest. primò in annis ab vrbe condita numerandis, in summa authorum varietate, librariorum negligentia, vel etiam ipsorum scriptorum varijs sententijs oborta: res vt antea perdifficilis atque obscura, ita modo (vt spero) clarissima, omnibusque in hac re (quauis causa obortis erroribus sublatis) uerissimus annorum ordo, & exactissima rerum gestarum series proponitur. Deinde temporum Romanorum cum Græcis, per Olympiadum rationem congruentia, qua vniuscuiusque rei tum apud Græcos, tum apud Romanos iuxta verissimum tempus, ab vtrisq; gentibus clarè gestæ, cognoscetur. Dum Romani aliquid, tali ab vrbe condita anno, qui illi Olympiadi conueniebat, Græci verò illius Olympiadis anno tertio vel quarto, qui cum tali ab vrbe condita anno coincidebat, factum esse intelliget. postea nominibus clarorum uirorum suis prænominibus, & cognominibus additis, tum etiam patris, aui, nepotis & familiæ, maxima adempta est confusionis materies: effectumque ita est, vt tandem aliquando clarè perspici possit, cum de aliquo vel Claudio, vel Fabio aliquid factum refertur: de quo ipsorum, lector intelligere debeat: & ne loco parentis filius, vel filij auus accipiatur, quod facile ob maximam in prænominibus & cognominibus negligentiam, ab antiquis scriptoribus factum esse constat. Ad hæc, hoc unico labore, quæ ex ueterum monumentorum uel depreuatione uel omnino amissione, vel (quod

maius

maius est) temporis diuturnitate obscurissima his temporibus facta sunt, cognituq; difficillima, et præsertim in lapidum & marmorum inscriptionibus (quoniam omnia fere aut fracta aut exesa sunt) ex his, quæ supersunt, fragmentis, quoad fieri potuit, restituta, illustrata & explicata sunt. Hoc autem non sine multorum tum librorum uetustorum, tum doctissimorum uirorum, tum etiam numismatum auxilio à me factum est: quibus etiam infinita pœnè lapidum fragmenta, & præsertim Capitolina adiunxi. Cælitum namque consilio factum esse existimo, vt hoc tempore lapides illi, quibus tota hæc magistratuum ratio incisa erat, siue melior pars, reperti sint: sine quibus, ut euentu postea comprobatum est, nihil omninò in hoc negocio perfectum, nihil exactum agi potuisset. Nollem verò quempiam arbitrari, meum esse institutum, eos lapides tantum supplere uelle, cum aliquibus in rebus ab eorum ratione discrepem: sed his, ad horum nostrorum Fastorum æditionem tanquam adminiculo uti: neque me obligare uelle, omnibus in rebus eorum normam sequi. quibus autem in locis ab eis discrepem, & cur, suis locis explicabitur. cum tamen nihilominus eorum ordinem multis in rebus sequendum mihi esse decreuerim. Demum hoc uno labore, multis (vt dixi) antiquis monumentis adiutus, omnia fere, quæ per totam Romanam hystoriam in sexcentis prope annalibus dispersa sunt, siue à superioribus carptim tantum tractata, in unum hunc librum, veluti sub aspectum subieci, tanquam in unum corpus complexa: res non tantum per se iucundissima, sed ad quoscunque scriptores illustrandos, quod maximè cupiebam (vt iudico) accommodatissima. Vt autem ea quæ ex marmoribus collegerim Capitolinis, & quæ ipse addiderim cognosci facilius possint, marmorum uerba minio, mea uerba atramenti colore distinguenda curaui. quod & alia quoque ratione à me factum est, nam mediæ quædam supersunt in marmorum extremitatibus literæ, quas nullo alio pacto distingui posse animaduerti, ab his quas ego adiunxi. Triumphos autem seorsum à magistratibus posui, antiquos marmorum authores in hoc fideliter sequutus, quod non absque ratione factum ab illis esse existimo. Ego autem libentius eos ideò imitari uolui, vt facilius anni ipsi ab vrbe condita dinumerari possint, nullis intercedentibus uersiculis, annorum ordinem turbantibus. quum autem hanc temporum descriptionem (quam antiquorum exemplo, Fastos appellandam censui) ab vrbe condita usque ad Imperij declinationem, ad ultimum uidelicet annum Imp. Iustiniani Aug. per mille & trecentos annos cõtinuato ordine perduxissem, atq; in ea conficienda multis librorum, lapidum, numismatum ex eruditorum testimonijs usus essem, libebit aliquando, vt omnibus quæ scripserim, probata essent, cum multa sint, quæ uel ex ingenio, uel ex coniectura, vel ex lapidibus, quæ modo non extant, addiderim, aliud adiungere uolumen, in quo non solum rationem reddemus sigillatim earum rerum, quæ in his magistratuũ Triumphorumq; Fastis exarandis scriptæ sint, uerum etiam omnium antiquorum tum Græcorum, tum Latinorum præcipua loca addemus, quibus ipsi singulorum regum, vel Consulum, vel Censorum, uel aliorum magistratuum, siue annorum ab vrbe condita, seu Olympiadum mentionem fecerunt: eosque, si deprauati erunt, restituemus, uel, si minus diligentes in enarranda hystoria, aut si qua inter eos est de annis uel de aliqua alia re contentio: annotabimus. Ad hæc, in eo omnium memorabilium: quæ singulis annis acciderunt, mentionem facio: mulsæque antiquorum marmorum perpulchræ inscriptiones declarantur. Illud postremò dicere audeo, hanc temporum rationem, prius inconditam & imperfectam, nunc lucidè descriptam, infinitisque pœnè, in hoc Commentario hystoriarum, studiosis utilibus rebus additis, in publicum exire. Vale igitur, & fruere.

OLYMPIADES VI.

ROMANÆ HISTORIÆ FASTI,

A' ROMVLO REGE PRIMO VSQVE AD CAROLVM V. CAESAREM AVGVSTVM.

✠

Olympiades / Anni post Rom. cond. secundum Varronem			Anni post Rom. cond. secundum Fast. Capitolin.
PRI. ANNI VI. OLYMP. II.			
III.		ROMA CONDI COEPTA EST PARILIBVS EX A. D. XI. K. MAI. ISQVE DIES NATALIS VRBIS ROMAE EST PARILIA APPELLATVS.	
		REGES.	
IIII.	I.	I. ROMVLVS QVIRINVS MARTIS F. ALTELLVS. REX PREIMVS. REGNAVIT ANNOS XXXVII. MENS. II. DIES XVIII.	
VII.		II.	I.
		III. SENATORES PRIMI.	
		IV. SABINAE RAPTAE. H. A. BELLVM SABINVM. H. A.	
		V.	
VIII.		VI.	
		VII.	
		VIII. T. TATIVS SABINVS CVM ROMVLO REGNAVIT ANNOS V. MENS. / / / DIES / / / H. A.	
		VIIII.	
IX.	X.	X.	
		XI.	X.
		XII.	
		XIII. T. TATIVS SABINVS REX OCCISVS EST. H. A. / / /	
X.		XIIII.	
		XV.	
		XVI. BELLVM CAMERINVM. H. A.	
		XVII.	
XI.		XIIX.	
		XIX.	
	XX.	XX.	
		XXI. BELLVM VEIENS.	XX.
XII.		XXII.	
		XXIII.	
		XXIV.	
		XXV.	
XIII.		XXVI.	
		XXVII.	
		XXVIII.	
		XXIX.	
XIV.	XXX.	XXX.	
		XXXI.	XXX.
		XXXII.	
		XXXIII.	
XV.		XXXIV.	
		XXXV.	
		XXXVI.	
		XXXVII.	
XVI.		I. INTERREGES INTERREGNARVNT ANNVM I. INTERREGES PREIMI.	
		I. NVMA POMPILIVS POMPONI. F. SABINVS REX II. REGNAVIT ANNOS XLIII.	XL.
	XL.	II.	
		III. PACE POP. ROMANO PARTA PRIMVS IANVM CLVSIT.	
XVII.		IV.	
		V.	

OLYM.	AN. P. R. C.			AN. P. R. C.
		VI.	MARCIVS. MARCI. F. PONTIFEX. MAXVMVS. PREIMVS.	
		VII.		
XVIII.		VIII.		
		VIIII.		
		X.		
		XI.		
XIX.	L.	XII.		
		XIII.		L.
		XIIII.		
		XV.		
XX.		XVI.		
		XVII.		
		XVIII.		
		XIX.		
XXI.		XX.		
		XXI.		
	LX.	XXII.		
		XXIII.		LX.
XXII.		XXIV.		
		XXV.		
		XXVI.		
		XXVII.		
XXIII.		XXVIII.		
		XXIX.		
		XXX.		
		XXXI.		
XXIV.	LXX.	XXXII.		
		XXXIII.		LXX.
		XXXIV.		
		XXXV.		
XXV.		XXXVI.		
		XXXVII.		
		XXXVIII.		
		XXXIX.		
XXVI.		XL.		
		XLI.		
	XXC.	XLII.		
		XLIII.		XXC.
XXVII.		I.	TVLLVS HOSTILIVS. HOSTI. F. HOSTI. N. REX III. REGNAVIT ANNOS XXXII.	
		II.		
		III.	BELLVM ALBANVM.	
		IV.	TERGEMINORVM PVGNA.	
XXIIX.		V.	BELLVM FIDENAS.	
		VI.	ALBA LONGA DIRVTA.	
		VII.		
		VIII.		
XXIX.	XC.	IX.		XC.
		X.		
		XI		
		XI.		
XXX.		XIII.		
		XIV.		
		XV.		
		XVI.		
XXXI.		XVII.		
		XVIII.		
	C.	XIX.		
		XX.		C.
XXXII.		XXI.		
		XXII.		
		XXIII.		

OLYM.	AN. P. R. C.		AN. P. R. C.
		XXIV.	
XXXIII.		XXV.	
		XXVI.	
		XXVII.	
		XXVIII.	
XXXIV.	CX.	XXIX.	
		XXX.	CX.
		XXXI.	
		XXXII.	
XXXV.		I. ANCVS MARCIVS MARCI F. MARCII N. REX IIII. REGNAVIT ANNOS XXIIII.	
		II.	
		III.	
		IIII. BELLVM LATINVM.	
XXXVI.		V.	
		VI.	
	CXX.	VII. OSTIA CONDITA.	
		VIII.	CXX.
XXXVII.		IX.	
		X.	
		XI.	
		XII.	
XVXVIII.		XIII.	
		XIV.	
		XV.	
		XVI.	
XXXIX.	CXXX	XVII.	
		XVIII.	
		XIX.	CXXX.
		XX.	
XL.		XXI.	
		XXII.	
		XXIII.	
		XXIIII.	
XLI.		I. L. TARQVINIVS DAMARATI F. PRISCVS REX V. REGNAVIT ANNOS XXXIIX.	
		II.	
	CXL.	III.	
		IIII.	
XLII.		V.	CXL.
		VI. LVDI MAXIMI. SIVE ROMANI PRIMI.	
		VII.	
		VIII.	
XLIII.		IX.	
		X.	
		XI.	
		XII.	
XLIV.	CL.	XIII.	
		XIV.	
		XV.	CL.
		XVI.	
XLV.		XVII.	
		XVIII.	
		XIX.	
		XX.	
XLVI.		XXI.	
		XXII.	
	CLX.	XXIII.	
		XXIV.	CLX.
XLVII.		XXV.	
		XXVI.	
		XXVII.	

XXVIII.

OLYM.	AN. P. R. C.		AN. P. R. C.
		XXVIII.	
XLVIII.		XXIX.	
		XXX.	
		XXXI.	
		XXXII.	
XLIX.	CLXX.	XXXIII.	
		XXXIV.	CLXX.
		XXXV.	
		XXXVI.	
L.		XXXVII.	
		XXXVIII.	
		I. SER.TVLLIVS. REX VI. REGNAVIT ANNOS XLIIII.	
		II.	
LI.		III.	
		IV.	
	CXXC.	V.	
		VI.	CXXC.
LII.		VII.	
		VIII.	
		VIIII.	
		X.	
LIII.		XI. SER. TVLLIVS. REX PRIMVS CENSVM EGIT. ET LVSTRVM FECIT PRIMVM. H. A.	
		XII.	
		XIII.	
		XIV.	
LIV.	CXC.	XV.	
		XVI. SER. TVLLIVS REX. LVSTRVM FECIT. II.	CXC.
		XVII.	
		XVIII.	
LV.		XIX.	
		XX.	
		XXI. SER. TVLLIVS REX. LVSTRVM FECIT III.	
		XXII.	
LVI.		XXIII.	
		XXIV.	
	CC.	XXV.	
		XXVI. SER. TVLLIVS REX. LVSTRVM FECIT IIII.	CC.
LVII.		XXVII.	
		XXVIII.	
		XXIX.	
		XXX.	
LVIII.		XXXI.	
		XXXII.	
		XXXIII.	
		XXXIIII.	
LIX.	CCX.	XXXV.	
		XXXVI.	CCX.
		XXXVII.	
		XXXVIII.	
LX.		XXXIX.	
		XL.	
		XLI.	
		XLII.	
LXI.		XLIII.	
		XLIV.	
	CCXX.	I. L. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI. N. SVPERBVS REX VII. REGNAVIT ANNOS XXV.	
		II.	CCXX.
LXII.		III.	
		IIII.	
		V. BELLVM VOLSCVM.	

VI.

VI.
LXIIII. VII.
VIII.
VIIII.
X.
LXIV. CCXXX XI.
XII. CCXXX.
XIII.
XIV.
LXV XV.
XVI.
XVII.
XVIII.
LXVI. XIX.
XX.
CCXL. XXI.
XXII. CCXL.
LXVII. XXIII.
XXIV.

CCXLIV. HOC ANNO. EX. A. D. VI. K. MARTI. TARQVINIVS. L. F. DAMARATI N. SVPERBVS. REX VII. REGNO. EXACTVS EST. QVI DIES REGIFVGIVM APPELLATVS EST. CCXLIII.

EODEM ANNO CONSVLES PRIMVM CREARI COEPTI SVNT.

OLYM. AN. P. R. C.			AN. P. R. C.
C. PAPIRIVS PONT. MAX. M. PAPIRIVS REX SACRORVM PRIM.	L. IVNIVS. M. F. BRVTVS. IN PROELIO. POSTEA QVAM SIBI CONLEGAM SVBROGASSET OCCIS. EST. IN EIVS L. F. EST.	L. TARQVINIVS. L. F. EGERI. N. COLLATINVS. COACTVS A CONLEGA ABDICAVIT. IN EIVS LOCVM FACTVS EST.	FOEDVS PRIMVM CVM POENEIS. CCXLIV.
QVAESTORES PRIMI. CCXLV.	SP. LVCRETIVS. TRICIPITINVS. IN MAG. MORT. EST. IN EIVS LOC. FACT. EST.	P. VALERIVS. VOLVSI. F. VOLVSVS. QVI. IN. HOC. HONORE. POPLICOLA APPELLATVS EST.	
	M. HORATIVS. PVLVILLVS.		
LXVIII. CCXLVI.	P. VALERIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA. II.	T. LVCRETIVS. T. F. TRICIPITINVS. L. FEC. V.	CCXLV.

BELLVM ETRVSCVM CVM REGE PORSENNA.

OLYM. AN. P. R. C.			AN. P. R. C.
	P. VALERIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA. III.	M. HORATIVS. PVLVILLVS. II.	
	M. HORATIVS. PVLVILLVS. COS. II. EX LEGE TEMPLVM IOVIS CAPITOLINI DEDICAVIT.		
	SP. LARTIVS FLAVVS.	T. HERMINIVS EXSQVILINVS.	
	M. VALERIVS. VOLVSI. F. VOLVSVS.	P. POSTVMIVS. Q. F. TVBERTVS.	
LXIX. CCL.	P. VALERIVS. VOLVSI. F. POPLICOLA. IIII.	T. LVCRETIVS. T. F. TRICIPITINVS. II.	
	P. POSTVMIVS. Q. F. TVBERTVS. II.	AGRIPPA. MENENIVS. C. F. LANATVS.	CCL.
	SP. CASSIVS. VISCELLINVS.	OPITER. VIRGINIVS. TRICOSTVS.	
	POSTVMVS. COMINIVS. LAVRENTINVS.	T. LARTIVS. FLAVVS.	
LXX.	SER. SVLPITIVS. P. F. CAMERINVS.	M. TVLLIVS. LONGVS. IN MAG. MORT. EST.	
	P. VETVRIVS. GEMINVS. CICVRINVS.	T. EBVTIVS. T. F. HELVA.	
	T. LARTIVS. FLAVVS. II.	Q. CLOELIVS. SICVLVS. LVSTR. F. VI.	

T. LARTIVS. FLAVVS. DICT. PRIMVS.
SP. CASSIVS. VISCELLIN. MAGIS. EQ. PRIMVS. REI. GER. CAV.

A. SEMPRONIVS. ATRATINVS. M. MINVCIVS. AVGVRINVS.

BELLVM LATINVM.

LXXI.	A. POSTVMIVS. P. F. ALBVS.	T. VIRGINIVS. T. F. TRICOST. RVTILVS	
	A. POSTVMIVS. P. F. ALBVS. QVI IN HOC HONORE REGILLENSIS APPEL. EST.	DICT. REI. GERVNDAE. C.	
	T. EBVCIVS. T. F. HELVA MAG. EQ.		
	M. CLAVDIVS. AP. F. REGILLENSIS. SABIN.	SP. SERVILIVS. P. F. PRISCVS.	
SECESSIO PLEBIS IN SACRVM MONTEM.	A. VIRGINIVS. A. F. TRICOST. COELIMONTAN.	T. VETVRIVS. GEMINVS.	CCLX.
	M. VALERIVS. VOLVSI. F. VOLVSVS. QVI IN HOC HONORE MAXVMVS APPELLATVS EST.	DICT. SEDITIONIS SEDANDAE. ET REI. G. C.	
	Q. SERVEILIVS. P. F. PRISCVS. MAG. EQ.		
CCLX.	POSTVMVS. COMINIVS. LAVRENTINVS. II.	SP. CASSIVS. VISCELLIN. II. LVSTR. F. VII.	PREIMI TRIBVNI PLEB.
LXXII.	T. GEGANIVS. MACERINVS.	P. MINVCIVS AVGVRINVS.	
	M. MINVCIVS AVGVRINVS. II.	A. SEMPRONIVS. ATRATINVS. II.	SENATORES PRIMVM E PLEBE LECTI.
	Q. SVLPICIVS. P. F. CAMEREINVS.	SP. LARTIVS. FLAVVS. II.	
	C. IVLIVS. L. F. IVLVS.	P. PINARIVS. RVFVS.	
LXXIII.	SP. NAVTIVS. SP. F. RVTILVS.	SEX. FVRIVS. FVSVS.	
	C. AQVILLIVS. FLORVS.	T. SICINIVS. //////	
	PROCVLVS. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOST. RVTILVS.	SP. CASSIVS. VISCELLINVS. III.	LEX AGRARIA. PRIMVM LATA.
	SER. CORNELIVS. L. F. MALVGINENSIS.	Q. FABIVS. K. F. VIBVLANVS.	
LXXIV.	L. AIMILIVS. MAM. F. MAMERCINVS.	K. FABIVS. K. F. VIBVLANVS.	CCLXX.
CCLXX.	M. FABIVS. K. F VIBVLANVS.	L. VALERIVS. VOLVSI. F. VOLVSI. N. POTITVS.	B. VEIENS.
	C. IVLIVS. C. F. L. N. IVLVS.	Q. FABIVS. K. F. VIBVLANVS. II.	
	K. FABIVS. K. F. VIBVLANVS. II.	SP. FVRIVS. SEX. F. /// N. FVSVS.	
LXXV.	CN. MANLIVS. P. F. VOLSO. IN PROEL. OCCIS. EST.	M. FABIVS. K. F. VIBVLANVS. II.	
	K. FABIVS. K. F. VIBVLANVS. III.	T. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOST. RVTIL.	
	L. AIMILIVS. MAM. F. MAMERCINVS. II.	C. SERVEILIVS STRVCTVS. AHALA. IN MAG. MORT. E. IN EIVS LOC. F. EST. T. HERMINIVS. T. F. EXSQVILINVS.	
	M. HORATIVS. M. F. PVLVILLVS.	T. MENENIVS. AGRIPPAE. F. C. N. LANATVS.	CCCVI. FABII A VEIENTIB. CAESI.
LXXVI.	A. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOSTVS. RVTILVS.	SP. SERVILIVS. P. F. P. N. STRVCTVS.	

P. VALERIVS.

OLYM. AN. P. R. C.			AN. P. R. C.
	P. VALERIVS. P. F. VOLVSI N. POPLICOLA.	C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RV TILVS.	
	L. FVRIVS. SEX. F. FVSVS.	A. MANLIVS. CN. F. P. N. VOLSO. LVSTRVM F. VIII.	CCXXC.
CCXXC.	L. AIMILIVS. MAM. F. MAMERCINVS. III.	VOPISCVS. IVLIVS. C. F. L. N. IVLVS.	
LXXVII.	L. PINARIVS. P. F. RVFVS.	SP. FVRIVS. SEX. F. FVSVS. II.	
	T. QVINCTIVS. CAPITOLIN. BARBATVS.	AP. CLAVDIVS. M. F. AP. N. REGILLENS. SABINVS.	
	L. VALERIVS. VOLVSI. F. VOLVSI. N. POTITVS. II.	TI. AIMILIVS. L. F. MAM. N. MAMERCINVS.	ANTIVM CAPTVM.
	A. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOST. COELIMONTAN.	T. NVMICIVS PRISCVS.	
LXXIIX.	T. QVINCTIVS. CAPITOLIN. BARBATVS. II.	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS.	
	TI. AIMILIVS. L. F. MAM. N. MAMERCINVS. II.	Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS.	
	SP. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGILLENSIS.	Q. SERVEILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS. II.	
	Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS II.	T. QVINCTIVS. CAPITOLIN. BARBAT. III. LVSTR. F. IX.	
LXXIX.	A. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGILLENSIS.	SP. FVRIVS. SEX. F. FVSVS. III.	CCXC.
CCXC.	P. SERVILIVS. SP. F. P. N. PRISCVS. IN MAG. MORT. EST.	L. EBVCIVS. T. F. T. N. HELVA. IN MAG. MORT. EST.	
	L. LVCRETIVS. T. F. T. N. TRICIPITINVS.	SP. VETVRIVS. SP. F. P. N. CRASSVS.	
	P. VOLVMNIVS. M. F. M. N. AMINTIN. GALLVS.	SER. SVLPICIVS. SER. F. P. N. CAMEREINVS.	
XXC.	P. VALERIVS. P. F. VOLVSI N. POPLICOLA. II. IN M. MOR. EST. IN EIVS L. PAC. EST. L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS.	C. CLAVDIVS. M. F. AP. N. REGILLENSIS. SABINVS. ABDIC.	AP. HERDONIVS CAPITOLIVM OCCVPAVIT.
	Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS. III.	L. CORNELIVS SER. F. L. N. MALVGINENSIS. COSSVS. LVSTR. F. X.	
	C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. II.	L. MINVCIVS. M. F. AVGVRINVS. COACTVS A DICTATORE ABDICAVIT.	
	L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNAT. DICT. REI. GER. C.		
	L. TARQVITIVS. L. F. FLACCVS. MAG. EQ.		
	C. HORATIVS. M. F. M. N. PVLVILLVS.	Q. MINVCIVS. P. F. AVGVRINVS.	X. TRIB. PLEB. PRIMVM.
LXXXI. LVDI SAECVLARES PRIMI EX S. C. FACTI. MAG. II. VIR.	M. VALERIVS. M. F. VOLVSI. N. MAXVMVS.	SP. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOST. COELIMONTAN.	
	T. ROMILIVS. T. F. T. N. ROCVS. VATICANVS.	C. VETVRIVS. P. F. GEMINVS. CECVRINVS.	
	SP. TARPEIVS. M. F. M. N. MONTAN. CAPITOLIN.	A. AETERNIVS. FONTINALIS.	CCC.
CCC.	SEX. QVINCTILIVS. SEX. F. P. N. VARVS. IN MAG. MOR. EST. IN EIVS LOC. F. EST. SP. FVRIVS. SEX. F. FVSVS. IV.	P. CVRIATIVS TRIGEMINVS.	
LXXXII.	P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITOLIN.	L. MENENIVS. T. F. AGRIPP. N. LANATVS.	
	AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSIN. REGILLENS.	T. GENVCIVS. L. F. L. N. AVGVRINVS. ABDICARVNT	

ABDICARVNT. VT DVODECIM TABVLAR. SCRIBEN-
DAR. CAVSSA.
DECEMVIRI CONSVLAR EI POTESTATE SINE PROVOCA-
TIONE CREARENTVR.

AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSIN. REGILLENS. — SP. POSTVMIVS. A. F. P. N. ALBVS. REGILLENS.
T. GENVCIVS. L. F. L. N. AVGVRINVS. — SER. SVLPICIVS SER. F. P. N. CAMERINVS.
SP. VETVRIVS. SP. F. P. N. CRASSVS. — T. ROMILIVS. T. F. T. N. ROCVS. VATICANVS. X.VIRI.
C. IVLIVS. C. F. L. N. IVLVS — P. CVRIATIVS. TRIGEMINVS.
A. MANLIVS. CN. F. P. N. VVLSO. — P. SESTIVS. Q. F. VIBI. N. CAPITOLINVS.

AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSIN. REGILLENS. II. — Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS.
M. CORNELIVS. SER. F. L. N. MALVGINENSIS. — M. SERGIVS.
L. MINVCIVS. M. F. AVGVRINVS. — Q. POETELIVS. X.VIRI.
T. ANTONIVS. MERENDA. — K. DVILIVS. HEI TRES E PLEBE.
M. ROBVLEIVS. — SP. OPPIVS. CORNICEN.

Q. FVRIVS. SEX. F. FVSVS. PONT. MAX. — AP. CLAVDIVS. AP. F. M. N. CRASSIN. REGILLENS. III. — Q. FABIVS. M. F. K. N. VIBVLANVS. II.
M. CORNELIVS. SER. F. L. N. MALVGINENS. II. — M. SERGIVS. II.
SECESSIO PLEBIS IN AVENTINVM. — L. MINVCIVS. M. F. AVGVRINVS. II. — Q. POETELIVS. II. X.VIRI.
T. ANTONIVS. MERENDA. II. — K. DVILIVS. II. HEI. TRES. E. PLEBE.
M. ROBVLEIVS. II. — SP. OPPIVS. CORNICEN. II.

A S. P. Q. R. COACTI ABDICARVNT IN EORVM LOCVM
FACTI SVNT COS.

L. VALERIVS. P. F. P. N. POPLICOLA. POTITVS. — M. HORATIVS. M. F. M. N. BARBATVS.

XXCIII. LARTES HERMINIVS. T. F. T. N. EXSQVILINVS — T. VIRGINIVS. A. F. A. N. TRICOST. COELIMONTAN.
M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS. — C. IVLIVS. C. F. C. N. IVLVS.
T. QVINCTIVS. CAPITOLINVS. BARBATVS. IV. — AGRIPPA. FVRIVS. SP. F. SEX. N. FVSVS.
M. GENVCIVS. L. F. L. N. AVGVRINVS. — P. CVRIATIVS. TRIGEMINVS. II.

TRIBVNI MIL. CONSVLAREI POTEST.
PRIMVM CREARI COEPTI.

A. SEMPRONIVS. A. F. ATRATINVS.
L. ATILIVS. LONGVS. TR. MIL.
T. CLOELIVS. Q. F. SICVLVS.

VITIO FACTI ABDICARVNT. IN EORVM LOCVM FACTI
SVNT COS.

XXCIV. L. PAPIRIVS. MVGILLANVS. — L. SEMPRONIVS. A. F. ATRATINVS. CCCX.
CCCX. M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS. II. — T. QVINCTIVS. CAPITOLINVS BARBATVS. V.

CENS. PRIMI L. PAPIRIVS MVGILLANVS. L. SEMPRONIVS.
A. F. ATRATINVS. LVSTR. F. XI.

M. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. — POSTVMVS EBVCIVS. L. F. T. N. HELVA CORNICEN.
C. FVRIVS. PACILVS. — M. PAPIRIVS CRASSVS. PROCVLVS

XXCV. PROCVLVS GEGANIVS. M. F. MACERINVS. | L. MENENIVS. T. F. AGRIPPAE. N. LANATVS. II.
T. QVINCTIVS. CAPITOLINVS BARBATVS. VI. | AGRIPPA MENENIVS. T. F. AGRIPP. N. LANATVS.
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNAT. II. DICT. C. SERVILIVS. P. P. Q. N. AHALA MAG. EQ. SEDIT. SEDAN. C.
MAM. AIMILIVS. M. F. L. N. MAMERCINVS.
L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. TR. MIL.
L. IVLIVS. VOPISCI. F. C. N. IVLVS.
M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS. III. | L. SERGIVS. C. F. C. N. QVI IN HOC HONORE. FIDENAS APPELLATVS EST.
MAM. AIMILIVS. M. F. L. N. MAMERCINVS DICT. L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNAT. MAG. EQ. REI GER. C.
XXCVI. M. CORNELIVS. M. F. SER. N. MALVGINENSIS. | L. PAPIRIVS. M. F. CRASSVS.
C. IVLIVS. C. F. C. N. IVLVS. II. | L. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOSTVS RVTILVS.
Q. SERVEILIVS. P. F. SP. N. PRISCVS. QVI IN HOC HONORE FIDENAS APPELLATVS EST. DICT. POSTVMVS EBVCIVS. L. F. T. N. HELVA. CORNIC. MAG. EQ. R. G. C.
CENS. C. FVRIVS. PACILVS. M. GEGANIVS. M. F. MACERINVS. LVSTR. F. XII.
C. IVLIVS. C. F. C. N. IVLVS. III. | L. VIRGINIVS. T. F. T. N. TRICOST. RVTILVS. II. CCCXX.
MAM. AIMILIVS. M. F. L. N. MAMERCINVS. II. DICT. A. POSTVMIVS. TVBERTVS. MAG. EQ. REI G. C.
M. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS.
CCCXX. M. FOSLIVS. FLACCINATOR. TR. MIL.
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS.
XXCVII. L. PINARIVS. L. F. P. N. RVFVS.
L. FVRIVS. SP. F. SEX. N. MEDVLLINVS. TR. MIL.
SP. POSTVMIVS. SP. F. A. N. ALBVS REGILLENS.
A. CORNELIVS COSSVS. PONT. MAXVMVS. T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS CINCINNATVS. | CN. IVLIVS. MENTO.
A. POSTVMIVS. TVBERTVS. DICT. L. IVLIVS. VOPISCI. F. C. N. IVLVS. MAG. EQ. REI GER. C.
L. PAPIRIVS. M. F. CRASSVS. II. | L. IVLIVS. VOPISCI. F. C. N. IVLVS.
L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. II. | HOSTIVS LVCRETIVS. L. F. T. N. TRICIPITINVS.
XXCVIII. A. CORNELIVS. L. F. SER. N. COSSVS. | T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS CINCINNATVS. II.
C. SERVILIVS. P. F. Q. N. AHALA | L. PAPIRIVS. MVGILLAN. I.
T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS CINCINNATVS. | C. FVRIVS. PACILVS.
M. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS REGILLENSIS. | A. CORNELIVS. L. F. SER. N. COSSVS. TR. MIL.
MAM. AIMILIVS. M. F. L. N. MAMERCINVS. III. DICT. A. CORNELIVS. L. F. SER. N. COSSVS MAG. EQ. R. G. C.
A. SEMPRONIVS. L. F. A. N. ATRATINVS. | L. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. II.
L. FVRIVS.

	L. FVRIVS. SP. F. SEX. N. MEDVLLINVS. II.	L. HORATIVS. M. F. M. N. BARBATVS.	TR. MIL.
xxcix.	AP. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSIN. REGILLENSIS.	SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS.	
	L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. II.	SEX. IVLIVS. IVLVS.	TR. MIL.
	CENS. / / / / / / / / /	LVSTRVM. F. XIII.	cccxxx.
cccxxx.	C. SEMPRONIVS. A. F. A. N. ATRATINVS.	Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS.	
	L. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO. CAPITOLIN.		
	Q. ANTONIVS. T. F. MERENDA.	TR. MIL.	
	L. PAPIRIVS. L. F. MVCILLAN.		
	T. QVINCTIVS. T. F. CAPITOLIN. BARBATVS.	N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS.	
xc.	T. QVINCTIVS. L. F. L. N. PENNVS CINCINNATVS II.	M. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO CAPITOLINVS	
	L. FVRIVS. SP. F. SEX. N. MEDVLLINVS. III.	A. SEMPRONIVS. L. F. A. N. ATRATINVS. II.	TR. MIL.
	AGRIPPA MENENIVS. T. F. AGRIPP. N. LANATVS.	SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS.	
	P. LVCRETIVS. HOSTI. F. L. N. TRICIPITINVS.	C. SERVILIVS. Q. F. C. N. AXILLA.	TR. MIL.
	M. PAPIRIVS. L. F. MVGILLANVS.		
	C. SERVILIVS. Q. F. C. N. AXILLA. II.	TR. MIL.	
	L. SERGIVS. C. F. C. N. FIDENAS. III.		

Q. SERVILIVS. P. F. SP. N. PRISCVS. FIDENAS DICT. REI G. C.
C. SERVILIVS. Q. F. C. N. AXILLA. MAG. EQ.
CENS. L. PAPIRIVS. M. F. CRASSVS. P. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBIN. REGILLENS. LVSTR. F. XIIII.

	P. LVCRETIVS. HOSTI. F. L. N. TRICIPITINVS. II.	SP. RVTILIVS. CRASSVS.	
	AGRIPP. MENENIVS. T. F. AGRIPP. N. LANAT. II.	L. SERVILIVS. Q. F. P. N. STRVCTVS.	TR. MIL.
xci.	A. SEMPRONIVS. L. F. A. N. ATRATINVS. III.	M. PAPIRIVS. L. F. MVGILLANVS. II.	
	Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS.	SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS. II.	TR MIL.
	P. CORNELIVS. P. F. P. N. COSSVS.	T. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS.	
	C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTIT. VOLVSVS.	N. FABIVS. Q. P. M. N. VIBVLANVS.	TR. MIL.
	Q. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. II.	CN. CORNELIVS. M. F. L. N. COSSVS.	cccxl.
	P. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS.	L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS.	TR. MIL.
cccxl.	A. CORNELIVS. L. F. SER. N. COSSVS. II.	L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS.	
	CENS. / / / / / / / / / /	LVSTRVM. F. XV.	
xcii.	Q. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS.	C. FVRIVS. C. F. PACILVS.	
	M. PAPIRIVS. L. F. MVGILLANVS.	C. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS.	
	M. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS.	C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTIT. VOLVSVS.	
	CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS.	L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLIN. II.	

C. IVLIVS.

XCIII. C. IVLIVS. L. F. VOPISI N. IVLVS.
CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS. TR. MIL.
C. SERVILIVS. P. F. Q. N. AHALA.

P. CORNELIVS. M. F. L. N. RVTILVS COSSVS. DICT. REI G. C.
C. SERVILIVS. P. F. Q. N. AHALA. MAG. EQ.

C. VALERIVS. L. F. VOLVSI. N. POTITVS. VOLVSVS. II. — C. SERVILIVS. P. F. Q. N. AHALA. II.
L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. — N. FABIVS. Q. F. M. N. VIBVLANVS. II. TR. MIL.

STIPENDIVM EX PVBLICO PRIMO DATVM VEI. CIRCVMSESSI.

P. CORNELIVS. M. F. L. N. RVTILVS COSSVS. — L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. II.
CN. CORNELIVS. L. F. SER. N. COSSVS. — N. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. TR. MIL.
C. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. — M. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS.
T. QVINCTIVS. T. F. T. N. CAPITOLIN. BARBAT. — L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. II.
Q. QVINCTIVS. L. F. L. N. CINCINNATVS. — A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO. CAPITOLIN. TR. MIL.

XCIV. P. CORNELIVS. M. F. M. N. MALVGINENSIS. — SP. NAVTIVS. SP. F. SP. N. RVTILVS III.
CN. CORNELIVS. M. F. L. N. COSSVS. — C. VALERIVS. L. F. VOL. N. POTITVS VOLVS. III. CCCL.
K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. — M. SERGIVS L. F. L. N. FIDENAS. TR. MIL.
M. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCINVS. II. — M. FVRIVS FVSVS.

CCCL. P. CLAVDIVS. AP. F. AP. N. CRASSINVS REGILLENSIS. — L. IVLIVS C. F. C. N. IVLVS.
M. QVINCTILIVS. SEX. F. SEX. N. VARVS. — L. VALERIVS L. F. P. N. POTITVS. III. TR. MIL.

CENS. M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS M. POSTVMIVS. A. F. A. N. ALBINVS. REGILLENS. L. F. XVI.

C. SERVILIVS. P. F. Q. N. AHALA. III. — Q. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERIN. CORNVT.
Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS FIDENAS. — A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO CAPITOLIN. II.
P. VIRGINIVS. TRICOSTVS. — M. SERGIVS. L. F. L. N. FIDENAS. II. TR. MIL.
L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. IV. — L. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS.
M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS. — M. AIMILIVS. MAM. F. M. N. MAMERCIN. III.
CN. CORNELIVS. A. F. M. N. COSSVS. II. — K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. II. TR. MIL.

XCV. P. MANLIVS. VVLSO CAPITOLINVS. — P. MAELIVS. SP. F. C. N. CAPITOLINVS.
P. TITINIVS. LONGVS. — SP. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS.
P. LICINIVS. CALVVS PRIMVS E PLEBE. TR. MIL. — L. PVBLILIVS. L. F. VOLER. N. PHILO. VVLSCVS. TR. MIL.

LECTISTERNIVM PRIMVM FACTVM.

P. MENENIVS. RACILVS. — L. TITINIVS. K. F. K. N. LONGVS.
CN. GENVCIVS. PANSA. — M. VETVRIVS. TI. F. SP. N. CRASS. CICVRIN.
L. ATILIVS. VVLSO. — P. PVBLILIVS. P. F. VOLER. N. PHILO. TR. MIL.
L. VALERIVS. L. F. P. N. POTITVS. V. — L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. III.

M. VALERIVS.

M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS. Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS FIDENAS. II. TR. MIL.
M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS. II. Q. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERINVS CORNVTVS. II.
L. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. II. L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. IIII.
L. SERGIVS. L. F. C. N. FIDENAS. A. POSTVMIVS. M. F. A. N. ALBIN. REGILLENSIS. TR. MIL.
P. CORNELIVS. M. F. M. N. MALVGINENSIS. II. A. MANLIVS. A. F. CN. N. VVLSO CAPITOLIN. III.
CENS. / / / / / / / / / / / / / LVSTR. F. XVII.

XCVI. VEI. CAPTI. P. LICINIVS. P. F. CALVVS. L. TITINIVS. K. F. K. N. LONGVS. II.
P. MENENIVS. RACILVS. II. CN. GENVCIVS. PANSA. II. IN PROEL. OCCIS. EST. TR. MIL.
L. ATILIVS. VVLSO. II. P. PVBLILIVS. P. F. VOLER. N. PHILO. II.

QVINQVE E PLEBE.

M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS. DICT. REI GER. CAVSA.
P. CORNELIVS. SCIPIO. MAG. EQ.
P. CORNELIVS P. F. L. N. COSSVS. P. CORNELIVS SCIPIO.
M. VALERIVS. M. F. M. N. MAXIMVS. II. K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. III. TR. MIL.
L. FVRIVS. L. F. SP. MEDVLLIVNS. V. Q. SERVEILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS FIDENAS. III.
M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS. III. L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. VI. CCCLX.
C. AIMILIVS MAMERCINVS. L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLICOLA. POTITVS. TR. MIL.
SP. POSTVMVS. M. F. A. N. ALBINVS. REGILLENSIS. P. CORNELIVS. II.

CCCLX. L. LVCRETIVS FLAVVS. SER. SVLPICIVS. SER. F. SER. N. CAMERINVS.

XCVII. L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLICOLA. POTITVS. M. MANLIVS. A. F. A. N. CAPITOLINVS.
CENS. C. IVLIVS. L. F. VOPISCI. N. IVLVS. L. PAPIRIVS CVRSOR LVSTRVM FECIT XVIII. IN MAG. MORT. EST. IN EIVS LOC. FAC. EST.
M. CORNELIVS. M. F. M. N. MALVGINENSIS.
L. LVCRETIVS. P. F. HOSTI. N. TRICIPITINVS. SER. SVLPICIVS RVFVS.
M. AIMILIVS. M. F. MAM. N. MAMERCINVS. L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS. VII. TR. MIL.
AGRIPPA FVRIVS. AGRIP. F. SP. N. FVSVS. C. AIMILIVS. MAMERCINVS.

BELLVM GALLICVM SENONIC.

VRBS A GALLIS SENONIB. CAPTA. Q. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS N. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. II.
M. FABIVS. PONT. MAX. K. FABIVS. M. F. Q. N. AMBVSTVS. IV. P. SVLPICIVS LONGVS. TR. MIL.
Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS FIDENAS. IV. P. CORNELIVS. M. F. M. N. MALVGINENS. III.
M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS II. DICT. REI G. C.
L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLIC. POTIT. MAG. EQ.
L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLICOLA POTITVS. II. L. VIRGINIVS. L. F. T. N. TRICOSTVS RVTILVS.
P. CORNELIVS. A. MANLIVS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. TR. MIL.
L. AIMILIVS.

OLYM. AN. P. R. C.			AN. P. R. C.
	L. AIMILIVS. M. F. MAM. N. MAMERCINVS.	L. POSTVMIVS. P. F. A. N. ALBIN. REGILLENSIS.	
	M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS. III. DICT. C. SERVILIVS. C. F. P. N. AHALA. MAG. EQ.	REI GERVNDAE C.	
XCVIII.	T. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS.	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISC. FIDENAS. V.	
	C. IVLIVS. C. P. L. N. IVLVS.	L. AQVILLIVS. CORVVS.	TR. MIL.
	L. LVCRETIVS. P. F. HOSTI. N. TRICIPITINVS. II.	SER. SVLPICIVS. PRAETEXTATVS.	
	L. PAPIRIVS. CVRSOR.	CN. SERGIVS. M. F. L. N. FIDENAS.	
	L. AIMILIVS. M. F. MAM. N. MAMERCINVS. II.	M. MENENIVS. AGRIPP. F. T. N. LANATVS.	TR. MIL.
	L. VALERIVS. L. P. L. N. POPLICOL. POTITVS. III.	C. LICINIVS. C. F. P. N. CALVVS.	
	M. FVRIVS. L. F. CAMILLVS. IIII.	SER. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENSIS.	
	Q. SERVILIVS. Q. F. P. N. PRISCVS FIDENAS. VI.	L. QVINCTIVS. L. F. T. N. CINCINNATVS.	TR. MIL.
	L. HORATIVS. L. F. M. N. PVLVILLVS.	P. VALERIVS. L. F. L. N. POTITVS. POPLICOLA.	
LECTISTERNIVM SECVNDVM FACTVM.	A. MANLIVS. A. P. A. N. CAPITOLINVS. II.	P. CORNELIVS.	
	T. QVINCTIVS. T. F. T. N. CAPITOLINVS.	L. QVINCTIVS. T. F. T. N. CAPITOLINVS.	TR. MIL.
	L. PAPIRIVS. CVRSOR. II.	SER. CORNELIVS. P. P. M. N. MALVGINENSIS. III.	
	A. CORNELIVS. A. P. L. N. COSSVS. DICT. T. QVINCTIVS. T. F. T. N. CAPITOLINVS. MAG. EQ.	REI GER. C.	
XCIX.	SER. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENS. III.	P. VALERIVS. L. F. L. N. POTIT. POPLICOLA. II.	CCCLXX.
	M. PVRIVS. L. P. CAMILLVS. V.	SER. SVLPICIVS. RVFVS. II.	TR. MIL.
	C. FAPIRIVS. CRASSVS.	T. QVINCTIVS. T. F. L. N. CINCINNATVS. II.	
	L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLICOLA FOTITVS. IIII.	A. MANLIVS. A. F. A. N. CAPITOLINVS. III.	
CCCLXX.	SER. SVLPICIVS. RVFVS. III.	L. LVCRETIVS. P. F. HOSTI. N. TRICIPITINVS. III.	TR. MIL.
	L. AIMILIVS. M. F. MAM. N. MAMERCINVS. III.	M. TREBONIVS. FLAVVS.	
	SP. PAPIRIVS. CRASSVS.	L. PAPIRIVS. CRASSVS.	
	SER. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENSIS. IV.	Q. SERVILIVS. Q. F. Q. N. PRISCVS. PIDENAS.	TR. MIL.
	C. SVLPICIVS. M. F. Q. N. PETICVS.	L. AIMILIVS. M. P. MAM. N. MAMERCINVS. IIII.	
	M. FOVRIVS. L. P. CAMILLVS. VI.	A. POSTVMIVS. ALBINVS. REGILLENSIS.	
	L. POSTVMIVS. ALBIN. REGILLENSIS.	L. FVRIVS. L. F. SP. N. MEDVLLINVS.	TR. MIL.
	L. LVCRETIVS. P. F. HOSTI. N. TRICIPITINVS. IIII.	M. FABIVS. K. F. M. N. AMBVSTVS.	
C.	L. VALERIVS. L. F. L. N. POPLICOLA POTITVS. V.	P. VALLERIVS. L. F. L. N. POTITVS POPLICOLA. III.	
	CN. SERGIVS. M. F. L. N. PIDENAS. II.	M. MENENIVS AGRIPP. F. T. N. LANATVS. II.	TR. MIL.
	P. PAPIRIVS. CRASSVS.	SER. CORNELIVS. P. F. M. N. MALVGINENSIS. V.	
	T. QVINCTIVS T. F. L. N. CINCINNATVS. DICT. A. SEMPRONIVS A. F. L. N. ATRATINVS. MAG. EQ.	REI GER. C.	

CENS. Q. SVLPICIVS SER. F. SER. N. CAMERIN. CORNVT. SP. POSTVMIVS M. F. A. N. ALBIN. REGILLENS. AEDIC. IN MAG. M. EST. IN EORVM LOCVM FACTI SVNT.

	CENS	L. VIT. FACTI ABDICARVNT.	
	P. MANLIVS. A. F. A. N. CAPITOLINVS.	C. SEXTILIVS.	
	C. MANLIVS CAPITOLINVS.	M. ALBINVS HEI. TRES E PLEBE.	TR. MIL.
	L. IVLIVS. L. F. L. N. IVLVS	L. ANTISTIVS.	
	SP. FVRIVS. L. F. L. N. MEDVLLINVS.	Q. SERVEILIVS. Q. F. Q. N. PRISCVS FIDENAS. II.	
	M. MENENIVS AGRIPP. F. T. N. LANATVS. III.	P. CLOELIVS. SICVLVS.	TR. MIL.
	M. HORATIVS. L. F. M. N. PVLVILLVS.	L. GEGANIVS. MACERINVS.	
	CENS. SP. SERVEIL PRISCVS. Q. CLOETIVS SICVLVS. L. F. XVIIII.		
	L. AIMILIVS. M. F. MAM. N. MAMERCINVS. V.	P. VALERIVS. L. F. L. N. POTIT. POPLICOLA. IV.	
	C. VETVRIVS. M. F. TI. N. CRASSVS CICVRINVS.	SER. SVLPICIVS. PRAETEXTATVS. II.	
spasiano Imperatori data cognosci potest. Licere enim illi fœdus quibus cum uolet sancire, Senatum habere, remittere Senatusconsultum per relationem, discessionemq; facere. Si eius iussu uel mandato, eo ue præsente Senatus haberetur, perinde seruari, ac si ex lege Senatus conuocatus esset. Si quos Magistratus Senatui P.Q.R. commendasset, suffragatione ue sua adiuuisset, eorum comitiis etiam extra ordinem rationem habendam. Fines Pomerij cum è Republica censebitur, proferre ei licere. Quicquid ex usu Reipublicæ diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumq; rerum esse existimabit, ei agere facere ius potestatemq; esse. Quibus legibus Plebiq; scitis scriptum esset, ne Augustus Cæsar teneretur, eisdem & eum solutum esse. Acta gesta, decreta ab eo, etiam ante illud Senatusconsultũ, perinde rata haberi, ac si Populi Plebisq; iussu acta essent: si eius concessionis causa aliquid aduersus leges factum esset, fraudi nemini esse, neque quicquam ob eam rem Populo dari debere, nec cui de ea re actionem iudicationemq; dandam. Quæ tam ampla auctoritas Vespasiano præstita, uidetur mihi formula esse eius potestatis, quam sibi Imperatores attribuebant. Scribunt Iureconsulti lege Regia, quæ de Imperio Augusti lata est, Pop. Rom. omne suum imperium & potestatem concessisse. Iccirco autem legem eam Regiam appellari arbitror, quòd Romuli constitutione ad Pop. ius Regis creandi pertineret. Vnde à Tarquinius Ser. Tullo obijciebatur (ut T. Liuius inquit) quòd iniussu Pop. Regnum inuasisset. Cum ergo Augustus à P.R. Imp. creatus est, uidetur Regiæ legis obseruatio in usum reuocata, quamuis Regiam planè potestatem ille nunquam usurpauit, sed sua Pop. sua Senatui munia obire permisit. Comitia enim Magistratuum tum quoque celebrabantur, conueniebantq; Tribus omnes, candidatosq; Populi arbitrio deligi ille sinebat, si modo eos approbasset: nec enim quicquam ab his fieri permittebat, quod præter animi sui sententiam esset, curabatq; id maximè ne indigni, aut quibus ius capessendi honoris nõ erat, per ambitum legibus eriperentur. Quod & à Tyberio aliquoties obseruatum, donec id Iuris penitus sibi uendicauit, tradiditq; successoribus, ut necessariò in Vrbe Roma Lex Iulia de ambitu cessauerit. Senatorib. quoque Augustus non parum detulit: ex his enim X V. sortiri iussit, qui sibi sex mensibus in consilio essent: plerunque & ipse sententiam in Senatu dicere, unà cum amplissimo ordine decernere. Ad hæc, iudicia Senatui permisit, cuius iuris causa antea toties armis certatum fuerat: sicq; publica negocia & priuatorum maxima tractabantur.

Omnium præterea Prouinciarum, quæ sub Imperio Rom. erant, formulam ita diuisit, ut aliæ Proconsulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præsidales essent. Proconsulares Senatui, Prætorias Populo demandandas tradidit. In Præsidales ipse Legatum suum, qui nunc Præses, nunc Legatus Cæsaris eam ob causam dicebatur, mittebat. Deinde factum est, ut etiam Prætoriæ in Senatu per sortes decernerentur: nimirum sublatis ab Imperatorib. comitijs, qui conuentum Populi formidolosum existimabant. Scribit Strabo lib. ulti. omnes Prouincias, alias Cæsari, alias Pop. attributas: ex his quæ ad Pop. pertinebant Proconsulares & Prætorias constitutas, quod uidelicet uiri Consulares uel Prætorij ad eas regendas mittebantur. Erant autem huiusmodi Prouinciæ imbelles, & quæ militari præsidio non indigebant, neque proximos Bàrbaros habebant. Quæ enim ualidiores, & legionum ope indigentes, sibi conseruauit: eo uidelicet prætextu, quòd Pop. pacatiora queque & pulchriora concederet, ipse difficiliora, periculisq; & laboribus exposita retineret. Sed re uera, si Dioni credimus, ut in manu sua res omnis Militaris esset, Senatus autem Pop.q; inermis Remp. repetere non auderet. Proconsulares Prouincias fuisse Lybiam & Asiam citra Taurum Strabo auctor est. Prætorias uero, in Hispanijs Bæticam, in Gallijs Narbonensem, tum Sardiniam cum Corsicam, Siciliam, Illyricum, qua in Macedoniam uergit, Cretam, Cyrenaicam, Cyprum, Bithyniam cum Ponto. Commutabantur tamen plerunque arbitratu Principis. Hinc Lampridius in Alex. uita, Prouinciarum alias Prætorias, Præsidales plurimas fecit, Proconsulares ex Senatus uoluntate ordinauit. Suet. in Claudio: Prouincias Achaiam & Macedoniam, quas Tyberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit. Scribit Rufus in eo, quem ædidit libello de Rom. Imperij accessione, omni ex Africa sex Prouincias esse factas, quarum Chartago, Numidia, Cyrenensis, Consulares erant: Tripolis & Mauritaniæ duæ Sityphensis, & Cæsariensis Præsidales. Pari quoque numero diuisas Hispanias, in quibus Bætica & Lusitania Consulares: Tarraconensis, Carthaginensis, Gallitia, Insularis, quæ & trans fretum, Præsidales. Sed & quandoque Imp. Legatos suos seu Præsides in aliquam prouinciam missos consulari potestate ornabat, ut uidelicet eius essent auctoritatis cuius Proconsules. Sic C. Plinius Cæcil. Præses Prouinciæ Ponti consulari potestate fuit, ut in antiquis marmoribus annotaße me memini. Maior autem Proconsulum dignitas quàm Legatorum ideo erat, quia non nisi Senatores Consularesq; uiri Prouincias sortiebantur: cum ex Equestri ordine etiam Præsides eligi possent. Sanè Proconsulum magistratus annuus, Præsidum certus finis non erat, sed in officio perseuerabant, donec successor à Cæsare mittebatur. Idq; in Augusti uita etiam Tranq. attestatur. Ius autem Milites decimandi, Ciuicaq; corona donandi Proconsulibus fuisse Tacit. lib. I I I. ostendit. Idem X V. auctor est. Qui Senatores filijs carerent, Prouincias Præturasq; inter Patres sortiri non potuisse. Senatusq; cõsulto cautum, ne fictæ adoptiones ulla in parte publici muneris orbis prodessent. Grauiorem autem Prouincijs Proconsularem fuisse administrationem quàm præsidum, idem ostendit, dum libro primo tradit, Achaiam & Macedoniam onera deprecantes, Proconsulari imperio ad præsens leuatas, Cæsariq; traditas eße. Cuius rei eã rationem suspicor, quòd Proconsularium Prouinciarum uectigalia & tributa publica Pop. Rom. erant, & ad ærarium pertinebant, neque ea diminuendi Proconsuli ius esset. Quæ uerò Præsidibus in Prouincijs colligebantur, ad principem eiusq; fiscum spectabant, iusq; illi remittendi erat. Hoc enim differt ærarium à fisco, quòd illud publicum, hoc est Pop. Rom. fiscus principis est. quod apertissimè C. Plinius in Panegyrico ad Traianum Cæs. ostendit: At fortasse non eadem seueritate fiscum qua ærarium cohibes? imò tanto maiore, quanto plùs tibi licere de tuo quàm de publico credis. Hinc est quod maximè in Proconsularibus Prouincijs Procuratores Cæsaris erant, qui ea procurabant, quæ ad Cæsarem ipsum, seu fiscum pertinerent. His uaria potestas attributa à Principibus fuit.

Tyberius iam inseruilia familiaresq; pecuniæ solum dedit, adeò ut Lucilium Capitonem procuratorem in Asia suum à Senatu damnari permiserit, quòd præscripta mandata excessisset, uimq; Prætoriã usurpasset. Amplius Claudius Cæsar concessit, effecitq;, ut Senatusconsulto caueretur, parem uim rerum habendam à Procuratoribus suis iudicatarum, ac si ipse statuisset. Hinc maximam sibi uim Cumanus & Felix, eius in Iudæa Procuratores usurparunt, de qua merito Iosippus conqueritur. Illud constat sub Traiano aduersus inuitos iurisdictionem nullam procuratoribus fuisse, ut disceptantibus liberum esset eos, non eligere, adhiberi tamen in consilium à Præsidibus debere, cum de causa Fiscali agitur. Idem Imperator Cæcil. Plinio rescripsit. At hodie dubium non est, quoties inter Fiscum & priuatum quæstio uertitur, eos adeundos esse. Scribit Lampridius Alexan. Imperatorem eos sæpius mutare solitum fuisse, ne annum excederent, etiam si boni essent, sibi inuisos affirmasse, tanquam necessarium malum: Hosce Procuratores & Procu. Fisci, eosdem fuisse non ambigo, qui & alio nomine rationales, & Procuratores patrimonij appellantur. Idq; in Commodo Lampridius, & in Maximini uita Capitolinus ostendunt. Sed & in Pio, Procuratores, inquit, suos & modestè suscipere tributa iussit, & excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit: nec unquam lætatus est lucro, quo Prouincialis opprimeretur. Procurator uerò priuatæ rationis, cuius quadam Alex. constitutione mentio est, ut non multum à cæteris rationalibus differebat, ita præcipuum Aegyptij magistratus nomen erat. Deuicto enim apud Actium Antonio, extinctaq; Cleopatra, in formam Prouinciæ C. Octauius Cæsar Aegyptum redegit. Et quoniam seditiosissimi naturaliter erant Aegyptij, opportunaq; tellus alendo bello, noluit eam per Senatores administrari, ne Popularib. studijs ducti facile ad Imperium aspirarent, idq; & Dion tradidit. Corn. Tacitus lib. II. Augustus inquit, inter alia dominationis arcana uetitis, nisi permissu, ingredi Senatoribus aut Equitibus Rom. illustribus, seposuit Aegyptum, ne fame urgeret Italiam, quisquis eam prouinciam claustraq; terræ ac maris, quamuis leui præsidio, aduersum ingentes exercitus præsedisset. Sed & in XII. Diuus Aug. apud Equestres, qui Aegypto præsiderent, lege agi, decretaq; eorum perinde haberi iusserat, ac si magistratus Rom. constituissent. Vopiscus scribit, Aurelianum Imp. Saturnino mandasse, ne Aegyptũ uideret. Quod præceptum cum ille spreuisset, leuissima gens rerumq; nouarum auida, cum Imp. salutauit, quæ necis eius causa fuit. Strabo auctor est, deuicta Cleopatra in certam administrationem Aegyptum redactam, expurgatamq; à Romanis, & ad eam mitti solitos moderatione & prudentia insignes uiros sub Præfecti titulo, is est Præfectus Augustalis, qui uicem Regis obtinet. Est & δικαιοδότης, idest Iuridicus, in cuius potestate maxima est iudiciorum pars. Est & qui ἴδιος λόγος, quem ego Procuratorem priuatæ rationis interpretor, ad quem indagatio bonorum uacantium pertinet, earumq; rerum, quæ Cæsari debentur. Horum comites sunt Cæsaris Liberti & Actores, quorum fidei maiora minoraq; iudicia creduntur. Ex Patrijs autem magistratibus apud eos est ἐξηγητὴς, quasi Quæstorem dicas, qui purpuram gestat, alijsq; Municipalibus honoribus est insignis, omniumq; curam habet, quæ ciuitati utilia sunt. Est & ὑπομνηματογράφος, idest Commentariensis seu scriba. Tum ἀρχιδικαστὴς Iudicialem Præfectum recte appellauerit. τέταρτος δὲ ὁ νυκτερινὸς στρατηγὸς, id est Nocturnus Prætor. l. si quos. C. de Decurionib.
Sanè Hypomnematographi quoque mentio est Theo. & Valentiniani constitutione quadam. Ea enim sancitum est, quoties Hypomnematographus aliquos, qui munera subeant, nominat, si sponte illi acciti sunt, Præfecti Augustalis consensum non esse expectandum, sed protinus functionem exequendam. Quam constitutionem ex Docto. nostris nemo hactenus mihi uidetur percepisse. Cæterum erant etiam Procuratores Cæsaris, non in uniuersum alicui Prouinciæ dati, sed particulariter alicui negocio: quod ex antiqua inscriptione coniectari pronum est, quæ Corinthi in hæc uerba adhuc legitur. Theoprepon Aug. lib. Proc. Domini N. Aur. Seueri Alexandri Pij Fel. Aug. Prouinciæ, Achaiæ & Epyri & Thessaliæ, Rationalem purpurarum, Proc. ab ephemeride, Proc. à mandatis, Proc. à præd. Gallian. Procur. saltus Domitiani, Tricliniarcham, Præpositum à Fiblis, Præpositum à cristallinis, hominem incomparabilem. Texander Aug. lib. officialis. Et hi quidem sunt magistratus, qui ab Augusto constituti, diu perseuerauerunt, & tempore quo Iureconsulti nostri florebant, maximè uiguerunt. Nam posteriores deinde Imperatores, quorum Princeps Constantinus, qui Romanorum Coloniam Byzantium transtulit, aliam ipsi formam commenti sunt. Tumq; cœperunt alij Patricij esse, quàm prius erant, aliaq; Præfectorum prætorio iurisdictio. Hinc Magistri militum, Magistri officiorum, Comites sacrarum largitionum, Comites rei priuatæ, Comites sacri palatij, Comites sacri patrimonij. Quorum officia quamuis in constitutionibus explicata legantur, ut tamen clarius percipiantur, aliqua adhuc disserere ab re non erit. Constantinus igitur Rom. ciuium Coloniam cum Byzantium transtulisset, sedem quoq; eam urbem Orientalis Imperij esse uoluit, Prouinciasq; certis limitibus designauit, quibus suos Magistratus dedit, Militiamq; ordinauit: cuius rei formulam à successoribus quoque obseruatam, ex antiquo eodemq; innominato auctore referemus: In hunc ferè modum scriptum reliquit.

DIGNITATES CIVILES
MILITARESQ. ORIENTIS.

PRAEFECTVS PRAETORIO ORIENTIS.
PRAEF. PRAETORIO ILLYRICI.
PRAEF. VRB. CONSTANTINOPOL.
MAGISTRI EQ. ET PED. DVO PRAESENTIALES.
MAGISTRI MILI. III. PER ORIENTEM, THRACIAS, ET ILLYRICVM.
PRAEPOSITVS SACRI CVBICVLI.
MAGISTER OFFICIORVM.
QVAESTOR.
COMES SACRARVM LARGITIONVM.
COMES RERVM PRIVATARVM.
COMITES DOMESTICORVM DVO, EQVITVM ET PEDITVM.
PRIMICERIVS.
SACRI CVBICVLI.
NOTARIORVM.
CASTRENSIS.
SACRI PALATII.
MAGISTRI SCRINIORVM.
MAGISTRI MEMORIAE.
MAGISTRI EPISTOLARVM.
MAGISTRI LIBELLORVM GRAECOR.
PROCONSVLES DVO, ASIAE.
ACHAIAE.
COMES ORIENTIS.
PRAEF. AVGVSTALIS.
VICARII QVATVOR, ASIANAE DIOECESEOS.
PONTICAE.
THRACIARVM.
MACEDONIAE.
COMITES REI MILITARIS DVO.
AEGYPTI.
ISAVRIAE.
DVCES PER AEGYPTVM DVO.
LIBYAE.
THEBAIDOS.

PER ORIENTEM VI.
PHOENICES.
EVPHRATENSIS.
SYRIAE PALAESTINAE.
OSDROENAE.
MESOPOTAMIAE.
ARABIAE.
PER PONTICAM VNVS.
ARMENIAE.
PER THRACIAS DVO,
MYSIAE SECVNDAE.
SCYTHIAE.
PER ILLYRICVM DVO.
DACIAE RIPENSIS.
MYSIAE PRIMAE.
CONSVLARES XV.
PER ORIENTEM V.
PALAESTINAE.
PHOENICES.
SYRIAE.
CILICIAE.
CYPRI.
PER ASIAM TRES.
PAMPHILIAE.
HELLESPONTI.
LYDIAE.
PER PONTICAM DVO.
GALATIAE.
BITHYNIAE.
PER THRACIAS II.
EVROPAE.
THRACIAE.
PER ILLYRICVM III.
CRETAE.
MACEDONIAE.
DACIAE MEDITERRANEAE.
AEGYPTVS CONSVLAREM NON HABET.
PRAESID. PROVINC. XL.
PER AEGYPTVM V.
LIBYAE SVPERIORIS.
LIBYAE INFERIORIS.
THEBAIDOS.
AEGYPTI.
ARABIAE.
PER ORIENTEM VIII.
PALAESTINAE SALVTARIS.
PALAESTINAE SECVNDAE.
PHOENICES LIBANI.
EVPHRATENSIS.
SYRIAE SALVTARIS.

OSDROENAE.
MESOPOTAMIAE.
CILICIAE SECVNDAE.
PER ASIAM VII.
PISIDIAE.
LYCAONIAE.
PHRYGIAE PACATIANAE.
PHRYGIAE SALVTARIS.
LYCIAE.
CARIAE.
INSVLARVM.
PER PONTICAM VIII.
HONORIADOS.
CAPPADOCIAE PRIMAE.
CAPPADOCIAE SECVNDAE.
HELLESPONTI.
PONTI POLEMONIACI.
ARMENIAE PRIMAE.
ARMENIAE SECVNDAE.
GALATIAE SALVTARIS.
PER THRACIAS IIII.
AEMI MONTIS.
RHODOPES.
MYSIAE SECVNDAE.
SCYTHIAE.
PER ILLYRICVM VIII.
THESSALIAE.
EPIRI VETERIS.
EPIRI NOVAE.
DACIAE RIPENSIS.
MYSIAE PRIMAE.
PRAEVALITANAE.
DARDANIAE.
MACEDONIAE SALVTARIS.
CORRECTORES II.
AVGVSTANICAE.
PAPHLAGONIAE.

Et hic quidem Catalogus generalis est earum dignitatum, quæ in Orientali Imperio constituuntur. Superest, ut specialiter uideamus, quæ nam unicuique cõpetat administratio.

SVB PRAEF. PRAET. ORIENTIS SVNT INFRASCRIPTAE DIOECESES.
ORIENS.
AEGYPTVS.
ASIANA.

ASIANA.
PONTICA.
THRACIA.
PROVINCIAE ORIENTIS XV.
PALAESTINA.
PHOENICE.
SYRIA.
CILICIA PRIMA.
CYPRVS.
ARABIA.
ISAVRIA.
PALAESTINA SALVTARIS.
PALAESTINA SECVNDA.
PHOENICE LIBANI.
EVPHRATENSIS.
SYRIA SALVTARIS.
OSDROENA.
MESOPOTAMIA.
CILICIA SECVNDA.
AEGYPTI. VI.
LYBIA SVPERIOR.
LYBIA INFERIOR.
THEBAIS.
AEGYPTVS.
ARABIA.
AVGVSTANICA.
ASIANAE. X.
PAMPHYLIA.
HELLESPONTVS.
LYDIA.
PISIDIA.
LYCAONIA.
PHRYGIA PACATIANA.
PHRYGIA SALVTARIS.
LYCIA.
CARIA.
INSVLAE.
PONTICAE X.
GALATIA.
BITHYNIA.
HONORIAS.
CAPPADOCIA PRIMA.
CAPPADOCIA SECVNDA.
PONTVS POLEMONIACVS.
HELENOPONTVS.
ARMENIA PRIMA.
ARMENIA SECVNDA.
GALATIA SALVTARIS.
THRACIAE VI.
EVROPA.
THRACIA.
AEMI MONTIS.
RHODOPE.
MYSIA SECVNDA.

SCYTHIA.
SVB PRAEF. PRAET. ILLYRICI SVNT DIOECESES INFRASCRIPTAE,
MACEDONIA.
DACIA.
PROVINCIAE MACEDONIAE VI.
ACHAIA.
MACEDONIA.
CRETA.
THESSALIA.
EPIRVS VETVS.
EPIRVS NOVA.
PROVINCIAE DACIAE V.
DACIA MEDITERRANEA.
DACIA RIPENSIS.
MYSIA PRIMA.
DARDANIA.
PRAEVALITANA.
EST ET MACEDONIA SALVTARIS, QVAE PARTIM MACEDONIAE, PARTIM DACIAE ADSCRIBITVR.
OFFICIVM VIRORVM ILLVSTRIVM PRAEFECTORVM PRAET.
PRINCEPS.
CORNICVLARIVS.
ADIVTOR.
COMMENTARIENSIS
AB ACTIS.
NVMERARII IIII. IN HIS AVRI VNVS, OPERAE VEL OPERARIVS, ALTER SVBADIVVA.
CVRA EPISTOLARVM.
REGERENDARIVS.
EXCEPTORES.
ADIVTORES.
SINGVLARII.
VTERQVE PRAEFECTVS PRAETORIO EVECTIONES ANNVALES NON HABET, SED PRAEFECTOS IPSI EMITTVNT.
SVB MAGISTRO MILITVM PRAESENTIALI.
VEXILLATIONES PALATINAE V.
EQVITES PROMOTI SENIORES.
COMITES CLIBANARII.

COMITES SAGITTARII IVNIORES.
COMITES TAIFALI.
EQVITES ARCADES.
VEXILLATIONES COMITATENSES VII.
EQVITES CATAPHRACTARII BITVRIGENSES.
EQVITES ARMIGERI SENIORES GALLICANI.
EQVITES QVINTO DALMATAE.
EQVITES NONO DALMATAE.
EQVITES PRIMO SCVTARII.
EQVITES PROMOTI IVNIORES.
EQVITES PRIMO CLIBANARII PARTHI.
LEGIONES PALATINAE VI.
LANCEARII SENIORES.
IOVIANI IVNIORES.
HERCVLIANI SENIORES.
FORTENSES.
NERVII.
MARTIARII IVNIORES.
AVXILIA PALATINA XVIII.
BATAVI SENIORES.
BRACCATI IVNIORES.
SALII.
CONSTANTIANI.
MATTIACI SENIORES.
SAGITTARII SEN. GALLICANI.
SAGITTARII IVN. GALLICANI.
TERTIO SAGITTARII VALENTIS.
DEFENSORES.
METOBARII.
ANGLEVARII.
HIBERI.
VRSI.
FELICES HONORIANI IVNIORES.
VICTORES.
TERTIO THEODOSIANI.
FELICES THEODOSIANI.
ISAVRII.
SVB ALIO MAGISTRO MILITVM.

VEXIL-

VEXILLATIONES PALATINAE VI.
COMITES SENIORES.
EQVITES BRACCATI IVNIORES.
EQVITES BATAVII IVNIORES.
COMITES SAGITTARII ARMENI.
EQVITES THEODOSIANI SEN.
EQVITES PERSAE CLIBANARII.
COMITATENSES VI.
EQVITES CATAPHRACTARII.
EQVITES CATAPHRACTARII AMBIENSES.
EQVITES SEXTO DALMATAE.
EQVITES SECVNDO SCVTARII.
EQVITES SCVTARII.
EQVITES SECVNDO CLIBANARII PARTHI.
LEGIONES PALATINAE VI.
MARTIARII SENIORES.
DACI.
SCYTHAE.
PRIMANI.
VNDECIMANI.
LANCEARII IVNIORES.
AVXILIA PALATINA XV.
REGII.
CORNVTI.
TVBANTES.
MARTIARII IVNIORES.
SAGITTARII SENIORES ORIENTALES.
SAGITTARII IVNIORES ORIENTALES.
SAGITTARII DOMINICI.
VINDELICI.
BVCCINOBANTES.
FALCONARII.
THRACES.
TVRINGI.
FELICES THEODOSIANI.
FELICES ARCADIANI IVN.
SECVNDO THEODOSIANI.
SVB MAGISTRO MIL. PER ORIENTEM.

VEXILLATIONES COMITAT. X.
COMITES CATAPHRACTARII BVCELLARII IVNIORES.
EQVITES ARMIGERI SENIORES ORIENTALES.
EQVITES TERTIO DALMATAE.
EQVITES PRIMO SCVTARII ORIENT.
EQVITES SECVNDO STABLESIANI.
EQVITES PROMOTI CLIBANARII.
EQVITES QVARTO CLIBANARII PARTHI.
EQVITES PRIMO SAGITTARII.
CVNEVS EQVITVM II. CLIBANARIORVM, PALMYRENORVM.
FELICES ARCADIANI SEN.
LEGIONES COMITATENSES VIII.
QVINTA MACEDONICA.
MARTENSES SENIORES.
SEPTIMA GEMINA.
DECIMA GEMINA.
BALISTARII SENIORES.
PRIMA FLAVIA CONSTANTIA THEBAEORVM.
SECVNDA FELIX VALENTIS THEBAEORVM.
PRIMA FLAVIA THEODOS.
PSEVDOCOMITATENSES X.
PRIMA ARMENIACA.
SECVNDA ARMENIACA.
FORTENSES AVXILIARII.
PVNDITORES.
PRIMA ITALICA.
QVARTA ITALICA.
SEXTA PARTHICA.
PRIMA ISAVRICA SAGITTARIA.
BALISTARII THEODOSIACI.
TRANSTYGRITANI.
SVB MAGISTRO MIL. PER THRACIAS.

VEXILLATIONES PALATINAE III.
COMITES ARCADIACI.
COMITES HONORIACI.
EQVITES THEODOSIANI IVNIORES.
VEXILLATIONES COMIT. IIII.
EQVITES CATAPHRACTARII ALBIGEN.
EQVITES SAGITTARII SENIORES.
EQVITES SAGITTARII IVNIORES.
EQVITES PRIMO THEODOSIANI.
LEGIONES COMITATEN. XVIII.
SOLENSES SENIORES.
MENAPII.
PRIMA MAXIMINIANA THEBAEORVM.
TERTIA DIOCLETIANA THEBAEORVM.
TERTIO DECIMANI.
QVARTO DECIMANI.
PRIMA FLAVIA GEMINA.
CONSTANTINI SENIORES.
DINITENSES GALLICANI.
LANCEARII SCOBENSES.
CONSTANTINI DAPHNENSES.
BALISTARII IVNIORES.
PANNONICIANI IVNIORES.
TRANNI.
SOLENSES GALLICANI.
IVLIA ALEXANDRINA.
AVGVSTENSES.
VALENTINIANENSES.
SVB MAGISTRO MIL. PER ILLYRICVM.
VEXILLATIONES COMITAT. II.
EQVITES SAGITTARII SENIORES.
EQVITES GERMANICIANI SENIORES.
LEGIO PALATINA I.
BRITONES SENIORES.
AVXILIA PALATINA VI.

HASTA-

HASTARII SENIORES.
HASTARII IVNIORES.
PETVLANTES IVNIORES.
SAGITTARII LECTI.
INVICTI IVNIORES.
ANTECOCTI.
LEGIONES COMITAT. VIII.
MARTIARII CONSTANTES.
MARTII.
DIANENSES.
GERMANICIANI SENIORES.
SECVNDARII.
LANCEARII AVGVSTENSES.
MINERVII.
LANCEARII IVNIORES.
PSEVDOCOMITATENSES IX.
TVNACENSES AVXILIARII.
FELICES THEODOSIANI IVNIORES.
BVRGARACENSES.
SENIPENSES.
VLPIANENSES.
METENSES.
SECVNDO THEODOSIANI.
BALISTARII THEODOSIANI IVNIORES SCAPENSES.
EXISTIMANTVR AVTEM SVPRA SCRIPTI MAGISTRI MILITVM ESSE CARDINALES. HABENTQ. SVB SE LITERATAM HANC MILITIAM.
PRINCIPEM.
NVMERARIOS DVOS.
COMMENTARIENSEM.
PRIMISCRINIOS, QVI NVMERARII FIVNT.
EXCEPTORES, ET CAETEROS APPARITORES.
SVB MAGIST. OFFIC.
SCHOLA SCVTARIORVM PRIMA.
SCHOLA SCVTARIORVM SECVNDA.
SCHOLA GENTILIVM SENIORVM.
SCHOLA SCVTARIORVM SAGITTARIORVM.
SCHOLA SCVTARIORVM CLIBANARIORVM.
SCHOLA ARMATVRARVM IVN.
SCHOLA GENTILIVM IVNIORVM.
SCHOLA AGENTIVM IN REBVS.
MENSORES ET LAMPADARII.
SCRINIVM MEMORIAE.
SCRINIVM EPISTOLARVM.
SCRINIVM LIBELLORVM.
SCRINIVM DISPOSITIONVM.
OFFICIVM COMMISSIONVM.
FABRICAE ORIENTIS IIII.
SCVTARIA ET ARMORVM DAMASCI.
SCVTARIA ET ARMORVM ANTIOCHIAE.
SCVTARIA ET ARMORVM EDESSAE.
HASTARIA HIRENOPOLITANA CILICIAE.
PONTICAE III.
CLIBANARIA CAESAREAE CAPPADOCIAE.
SCVTARIA ET ARMORVM NICOMEDIAE.
SCVTARIA ET ARMORVM SARDIS LYDIAE.
ASIANAE II.
SCVTARIA ET ARMORVM HADRIANOPOLI, ITEMQVE AEMIMONTIS.
THRACIARVM I.
SCVTARIA ET ARMORVM MARTIANOPOLI.
ILLYRICI IIII.
THESSALONICENSIS.
NAISSATENSIS.
RHETIATENSIS.
SCVTARIA HERCOMAGENSIS.
OFFICIVM MAGISTRI OFFICIORVM.
ADIVTOR.
SVBADIVVA.
ADIVTORES II.
FABRICARVM III.
BARBARIORVM III.
ORIENTIS I.
ASIANAE I.
PONTICAE I.
THRACIARVM ET ILLYRICI I.
CVRIOSVS CVRSVS PVBLICI I.
CVRIOSI PER OMNES PROVINCIAS.
INTERPRETES DIVERSARVM GENTIVM MAGISTER OFFICIORVM IPSE EMITTIT.
SVB COMITE SACRARVM LARGITIONVM.
COMITES LARGITIONVM PER DIOECESES.
COMITES COMMERCIORVM PER ORIENTEM.
PER AEGYPTVM.
PER MYSIAM.
PER SCYTHIAM.
PER PONTVM.
PER ILLYRICVM.
PRAEPOSITVS THESAVRORVM.
COMES METALLORVM PER ILLYRICVM.
COMES RATIONALIS SVMMARVM AEGYPTI.
MAGISTRI LINEAE VESTIS.
MAGISTRI PRIVATAE.
PROCVRATOR GYNAECEORVM.
PROCVRATORES BAPHIARVM.
PROCVRATORES MONETARVM.
PRAEPOSITI BASTAGIARVM.
PROCVRATORES LINIFICIORVM.
OFFICIVM SVPRASCRIPTI ILLVST. COMITIS HABET.
PRIMICERIVM TOTIVS OFFICII.
PRIMICERIVM SCRINII CANONVM.
PRIMICERIVM SCRINII TABVLARIORVM.
PRIMICERIVM SCRINII NVMERARIOR.

AVREAE

AVREAE MASSAE.
AVRI AD RESPONSVM.
VESTIARII SACRI.
ARGENTI.
ANVLARIS.
A PECVNIIS.
SCRINIARIOS SVPRASCRIPTORVM SCRINIORVM.
SECVNDOCERIVM OFFICII, QVI PRIMICERIVS EST EXCEPTORVM.
TERTIOCERIVM OFFICII, QVI TRACTAT BASTAGIAS, QVARTO LOCOLIBELLOS TRACTAT, ET CAETEROS PALATINOS IPSIVS OFFICII.

SVB COMITE REI PRIVATAE ET DOMVS DIVINAE.

RATIONALES RERVM PRIVATAR.
BASTAGIA PRIVATA.
PRAEPOSITI GREGVM ET STABVLORVM.
PROCVRATORES SALTVVM.
OFFICIVM EIVSDEM ILLVSTRIS COMITIS HABET
PRIMICERIVM TOTIVS OFFICII.
PRIMISCRINIVM BENEFICIORVM.
PRIMISCRINIVM CANONVM.
PRIMISCRINIVM SECVRITATVM.
PRIMISCRINIVM SCRINII LARGITIONVM.
SCRINIARIOS.
SECVNDOCERIVM OFFICII, QVI TRACTAT CHARTAS ET CAETEROS PALATINOS OFFICII.

SVB COMITE DOMESTICORVM.

DOMESTICI EQVITES.
DOMESTICI PEDITES.
DEPVTATI EORVM.

SVB SPECT. V. CASTRENSI.

PAEDAGOGIA.
MINISTERIALES DOMINICI.
CVRA PALATIORVM.
OFFICIVM EIVSDEM.
TABVLARIVS DOMINICVS.
TAB. DN. AVGVSTARVM.
ADIVTOR.
CHARTVLARIVS.
SCRINIVM IPSIVS.
CAETERI PALATINI OFFICII.

SVB DISPOSITIONE V. spect. Primiceríi notariorum omnis dignitatum & administrationum notitia, tam Militarium, quàm ciuilium. Scholas etiã & numeros tractat, officium autem non habet, & adiutorem de schola notariorum.

MAGISTER MEMORIAE ADNOTATIONES OMNES DICTAT, ET EMITTIT, ET PRECIBVS RESPONDET.
MAGISTER EPISTOLARVM LEGATIONES CIVITATVM, CONSVLTATIONES ET PRECES TRACTAT.
MAGISTER EPIST. GRAECARVM, EAS EPISTOLAS, QVAE GRAECE SOLENT EMITTI, AVT IPSE DICTAT, AVT LATINE DICTATAS TRANSFERT IN GRAECVM: OFFICIVM EX IPSIS NEMO HABET, SED ADIVTORES ELECTOS DE SCRINIIS.

SVB V. SP. PROCONS. ASIAE.

ASIA.
INSVLAE.
HELLESPONTVS.

SVB SP. V. PROCONS. ACHAIA.

OFFICIVM VTRIVSQ. PROCONS.
PRINCEPS DE SCHOLA AGENTIVM IN REBVS DVCENNARIIS, QVI ADORATA CLEMENTIA PRINCIPALI CVM INSIGNIBVS EXIT TRANSACTO BIENNIO.
CORNICVLARIVS.
COMMENTARIENSIS.
QVAESTOR.
ADIVTOR.
AB ACTIS.
NVMERARII.
A LIBELLIS.
EXCEPTORES.
CAETERI APPARITORES.

SVB SPECT. V. COMITE ORIENTIS.

PROVINCIAE ORIENTIS XV. QVARVM NOMINA SVPRA RETVLIMVS.
OFFICIVM IDEM FERE CVM OFFICIO PROCONSVLVM.

SVB PRAEF. AVGVSTALI.

PROVINCIAE AEGYPTI VI.

SVB VICARIIS.

SVAE VNICVIQVE PROVINCIAE SVPRA RECITATAE.

SVB V. PERFECTISS. PRAESIDE DALMATIAE.

PROVINCIA DALMATIA.
OFFICIVM HABET.
PRINCIPEM.
CORNICVLARIVM.
TABELLARIOS II.
COMMENTARIENSEM.
ADIVTOREM.
AB ACTIS.
SVBADIVVAM.
EXCEPTORES.
Reliquos Cohortalinos, quibus non licet ad aliam transire militiam sine annotatione clementiæ principalis.
CAETERI PRAESIDES AD SIMILITVDINEM PRAESIDIS DALMATIAE OFFICIA HABENT.
IDEM ET DE VIRO CL. CONSVLARI CAMPANIAE, ITEMQVE CL. CORRECTORE APVLIAE ET CALABRIAE CONSTITVTVM EST.

FINIS.

INDEX REGVM, CONSVLVM, DICTATOR. MAGISTROR. EQVIT. TRIBV- NOR. MILIT. CONS. POT. CENSOR. IMPP. ET ALIOR. MAGISTRATVVM ROMANOR. AC RER. MEMORA- BILIVM, IN FASTIS CONTENTARVM, A ROMVLO PRIMO REGE

vsq; ad Carolum Austrium V. Cæs. Aug. Germ. in seriem literarum redacta, Signatis annis Olympiadum, Vrbis conditæ, Et post Natalem Christi Saluatoris. Posita autem sunt ad confusionem uitandam Nomina propria, & cognomina ante prænomina, quia illis notiora.

❧



Blabius Aegyptius, præno. ///. Cos. Olymp. 277. anno 2. Vr. cond. 1082. Chr. Domini. 331. Hoc anno Constantinopolis dedicata Noua Roma.

Acclamatio qualis fuerit S. P. Q. R. (quum in Augustum inauguratus, ac consecratus est Carolus Magnus a Leone III. Pont. Max.) uideto Olymp. 394. anno 3. Vr. cond. 1551. Christi Do. 800.

Acerronius Proculus, præn. Cn. Cos. Olymp. 203. an. 4. Vrb. cond. 784. Chr. D. 33.

Acerronius Proculus, præn. Cn. Cos. cum colle- ga C. Pontio Niginio. Olymp. 204. an. 1. Vrb. cond. 789. Christi Domini 38.

Achaicum bellum. Olymp. 158. an. 2. Vrb. cond. 606. P. Cornelio Scipione Africano Ae- mil. & C. Liuio Druso Coss.

Acilius Auiola, præn. M'. Cos. cum Collega Q. Asinio Marcellino. Olymp. 208. an. 2. Vr. cond. 806. Christi Do. 55.

Acilius Auiola, præn. M'. M'. F. Cos. cum col- lega C. Cornelio Pansa. Olymp. 225. an. 2. Vr. Cond. 874. Christi 123.

Acilius Auiola, præn. M'. Cos. cum Gordiano Imp. Olymp. 254. an. 3. Vrb. cond. 991. Chr. Domini. 240.

Acilius Balbus, præn. M. L. F. K. N. Cos. cum collega L. Quinctio Flaminio. Olymp. 157. an. 3. Vrb. cond 604.

Acilius Balbus, præno. M'. M'. F. L. N. Cos. cum collega C. Porcio Catone. Olymp. 166. anno 3. Vrb. cond. 640.

Acilius Faustinus, præn. M'. M'. F. M'. N. Cos. olymp. 247. anno 2. vrb. cond. 962. Chr. D. 211.

Acilius Glabrio, prænom. M'. C. F. L. N. Cos. cum collega P. Cornelio Scipione Nasica. Olymp. 147. anno 2. Vrb. cond. 563.

Acilius Glabrio, præn. M'. M. F. C. N. Cos. L. Postumio suffectus, collega secundus fuit Q. Opimij. Olymp. 156. anno. 3. Vr. cond. 600.

Acilius Glabrio, præn. M'. M'. F. M'. N. Cos. cum collega C. Calpurnio Pisone Frugi. Olymp. 178 anno 2. Vrb. cond. 687.

Acilius Glabrio, præn. M'. Cos. cum collega M. Vlpio Traiano Crinito. Olymp. 217. anno. 3. vrb. cond. 843. Christi Do. 92.

Acilius Glabrio, præn. M'. M'. F. M'. N. Cos. cum collega C. Bellicio Torquato. Olymp. 225. anno 4. vrb. cond. 876. Christi Do. 125.

Acilius Glabrio, præn. Sex. M'. F. Cos. cum colle- ga C. Valerio Omollo vero. Olymp. 232. an. 4. vrb. cond. 904. Christi Do. 153.

Acilius Glabrio, præn. Sex, Sex F. M'. N. Cos. it. vna cum Commodo. Olymp. 241. anno 2. vrb. cond. 938. Christi Do. 187.

Acilius Glabrio, præn. M'. Cos. Olymp. 258. anno 4. vrb. cond. 1008. Chr. Do. 257.

Acilius Rufus, præn. /////. Cos. cum collega C. Cæcilio Classico. Olymp. 220. anno 2. vrb. cond. 854. Christi Do. 103. K. Iul.

Acilius Seuerus, præn. ////. Cos. Olymp. 275. an- no 2. vrb. cond. 1074. Christi Do. 323.

Acon Fabius Catullinus Philonianus, Cos. in Oc cidente. Olymp. 281. anno 4. Vr. cond. 1100. Christi Domini 349.

Acutius Nerua, præn. ///. Cos. cum collega /// Iulio Feroce. Olymp. 219. anno 4. Vrb. cond. 852. Christi Do. 101. K. NOV.

Adelhaida vidua Othoni Imp. Aug. nupsit. Olymp. 432. anno 2. Vrb, cond. 1702. Christi Do. 951.

Adelphius, V. C. præn. Clodius, in Occidente Cos. Olymp. 307. anno 2. Vrb. cond. 1202. Christi Do. 451.

ADOLPHVS de Nassau, Cæs. P. F. Aug. XXXII. Occidentis, Imperator VIII. Id. Ianuarij crea- tus. Olymp. 517. anno 3. Vrb. conditæ 2043. Chr. 1292. Imperij negocia obiuit per annos VI. menses tondem, dies aliquot. ibidem.

Adolphus Aug. necatus est ////. Iulij. Olymp. 519. anno 1. Vrb cond. 2049. Christi Do- mini 1298.

Adoptatus ab C. Iulio Cæsare, Dictatore perpe- tuo in filium, successoremq; administrandi im- perij (quod primus ille omnium attentare au- sus est, neq; Sulla, neque Mario Septies Cos. eo erumpentibus, quicquid animis magni illi viri molirentur, vt sæpe C. dixisse perhibea- tur, Sullā nescisse literas) C. Iulius Cæsar Octauia nus, Augustus postea appellatus. Olymp. /// anno /// Vrb. cond. ///.

Adoptatus est ab Imp. Augusto in filium Ti. Claudius Nero. Olymp. 195. anno 4. Vr. cond. 756. Christi Domini 5. Sex. Ailio Cato. et C. Sen- tio Saturnino Coss. V. K. Iulij. Tribuniciā pariē assumsit potestatem in decennium. ibidem.

Adoptatus est ab Imp. Caes. Ser. Sulpicio Galba Aug. L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus, ac Cæsar appellatus, Olymp. 212. anno primo vrb. cond. 821. Chri. Domini 70. Galba Aug. iter. et T. Iunio Rufino coss.

Adoptatus in filium a Nerua Aug. M. Vlpius Traianus Crinitus Hispanus, & Cæsar dictus, & Tribuniciam potestatem accepit. Olymp. 219. anno primo. vrb. cond. 849. Christi Domini 98. Nerua Aug. & T. Virginio Rufo, ambobus III. coss.

Adoptatus in filium ab Traiano Aug. P. Aelius Hadrianus, Cæsaris appellatione decoratus, Tribuniciam itidem potestatē accepit. Olymp. 224. anno 1. vrb. cond. 869. Christi Domini 118. Quo demum anno ipse Aelius, cū collega Ti. Claudio Fusco Salinatore, iter. cos. erat.

Adoptatus primum in filiū ab Traiano Hadriano Aug. L. Caionius Commodus (L. Aelius verus appellatus) Cæsar salutatus, Tribuniciam accepit simul potestatem. Olymp. 228. anno 4. vrb. cond. 888. Christi Domini 137. Quo anno ipse Caionius cum Sex. Vindenio Ciuica Pompeiano consulem agebat.

Adoptatus deinde in filium (L. Aelio mortuo) ab Tr. Hadriano Aug. T. Aurelius Fuluius Antoninus (nomine paulum immutato T. Aelius Hadrianus Antoninus dictus) Cæsar appellatus, Tribuniciam accepit vna potestatum. Olymp. 229. anno primo. vrb. cond. 889. Chri. Do. 138. V. K. Martiis P. Coelio Balbino, & L. Aelio vero Cæs. Coss.

Adoptati sunt ab Antonino Pio Aug. M. Añius. & L. Aelius, veri, fratres, Cæsaresque appellati. Olymp. 229. anno 3. vr. cond. 891. Chr. Do. 140. Pio Aug. iter. & // Bruttio Præsente coss.

Adoptatus in filium ab Imp. M. Aurelio Antonino Pio Heliogabalo Aug. M. Aurelius Alexander, Seuerus post cognōinatus, ac Cæsaris nomine vocatus. Olymp. 250. anno primo. vr. cond. 973. Christi Domini 222. Quo anno Imp. Heliogabalus IIII. Alexander primum, coss. erant.

Adoptatus in filium ab Imp. C. Aurelio Valerio Diocletiano Iouio, ac imperio additus, Fl. Valerius Constantius Chlorus, Cæsarq; salutatus. Olymp. 267. anno 2. vr. cond. 1043. Christi Domini 292. C. Iunio Tiberiano iter. & Dione Cassio coss.

Adoptatus in filium ab Imp. M. Aurelio Valerio Maximiano Herculio Aug. Galerius Maximinus Dacus, Cæsarq; appellatus. ibidem.

Adoptati in imperiū ab C. Valerio Galerio Maximiano secundo Aug. C. Galerius Maximinus, ac M. Aurelius Seuerus, Cæsaresque declarati. Olymp. 271. anno primo, vrb. cond. 1058. Christi Domini 307. Constantio Chloro & Maximiano secundo Aug. VI. coss.

Adoptatus in imperium ab Imp. Fl. Iulio Constantio Aug. Constantini Maximi F. Fl. Claudius Iulianus Apostata, ac Cæsar in Gallijs, quæ illi decretæ erant, appellatus. Olymp. 295. anno 2. vrb. cond. 1107. Christi Domini 356. Constantio Aug. VIII. cos.

Adoptatus in Imperium ab Imp. Fl. Theodosio Iuniore Aug. Fl. Placidius Valētinianus, Cæsaris cognomēto salutatus est. Olym. 300. an. 1. vr. cond. 117. Chr. D. 423. Fl. Victore in oriente, & Fl. Castino Mag. vtr. Mil. in occid. coss.

Adoptatus in Imperium ab Imp. Fl. Leone seniore Fl. Leo iunior ex sorore Ariadna & Zenone Nepos, cæsar, ac Aug. appellatus. Olymp. 312. anno 4. vrb. cond. 1225. Christi Domini 444. Leone maiore Aug. V. in oriente, & Fl. Festo V. C. in occidente coss.

Adoptatus ad Imperium Fl. Zeno Isauricus, ab Imp. Cæs. Fl. Leone iuniore filio Cæsar, Augustusq; appellatus. Huic enim filius regno cedēs, diadema ꝑpriis manib. imposuit, cui neque ipse diu præfedit. Olymp. 313. an. primo. vr. con. 1226. Chr. Do. 445. Fl. Leone iuniore in oriente, & Fl. Festo iter. in occidente coss.

Adoptatus in Imperio Fl. Basiliscus, a sorore Berine Augusta, Fl. Leonis senioris vxore, ac rex declaratus, imperare cœpit. Olymp. 313. an. 2. vrb. cond. 1227. Christi Domini 446. Fl. Zenone Isaurico Aug. iterum, & Fl. Iulio Nepote coss. vno in oriente, altero in occidente. Quo anno bimestre Interregnum in Occidente fuit.

Adoptatus in Imperiū a Fl. Valerio Anitio Iustino Thrace Aug. Fl. Anicius Iustinianus ex sorore Nepos, Cæsar, Augustusq; salutatus. Olymp. 326. an. 2. vr. cond. 1278. Chr. Do. 527. Fl. Philoxeno secundum in oriente, & Fl. Mauortio primum in occidente Coss.

Adoptatus in Imperio ab Fl. Anicio Iustiniano Aug. Fl. Anicius Iustinus Curopalates, Nepos, Cæsar, ac Augustus salutatus. Olymp. 326. anno 2. vrb. cond. 1278. Chr. D. 527.

Adoptatus in imperio ab Fl. Anicio Iustino iuniore Curopalate Aug. Tiberius Anicius Constātinus, cæsar dictus est. Olymp. 338. an. 1. vrb. cond. 1325. Chri. Domini 574. post consulatum VII. Fl. Iustini iunioris Aug.

Adoptati in Imperio ab Tiberio Anicio Constantino Aug. Tiberius Fl. Mauricius gener, ac Fl. Germanus Cæs. Augustiq; inaugurati. Olymp. 339. anno 2. vrb. cond. 1331. Christi Domini 580. post consulatum XII. Diui Iustini.

Adoptatus in Imperio ab Fl. Constantino XI. Romani Iunioris Aug. F. Romanus IV. Argyropolus, Cæsar, ac Aug. appellatus, cui Zoen filiam matrimonio copulauit. Olymp. //// an. /// vrb. cond. //// Christi Domini ////.

Adoptatus in imperio ab Michaele Paphlagone Aug. ex sorore Nepos Michael Calaphates, Cæsar, ac Augustus inauguratus. Olymp. /// anno /// vrb. cond. //// Christi Domini ////.

Aduentus, præno. /// cos. cum collega Diadumeniano Cæs. iterum. Olymp. 249. anno 2. vrb. cond. 970. Christi Domini 219.

Aedes Iouis Imp. Prænest. Romam acti, in Capitolio dedicata ab T. Quinctio Cincinnato Imp. Olymp. 102. an. 2 vrb. cond. 381.

Aediles Curules primi. Olymp. 103. anno 3. vrb. cond. 387. L. Sextio Laterano primo e plebe, & L. Aimilio Macerino Patricio Coss.

INDEX.

Agonem Capitolinum VII. fecit Imp. Cæs. Nerua Traianus Aug. Olymp. 222. anno 2. vrb. cond. 852. Chr. Do. III. Clodio Crispino II. & /// Soleno orfito coss.

Agonem Capitolinum VIII. Imp. Cæs. Nerua Traianus fecit. Olymp. 223. an. 2. vrb. cond. 866. Chr. D. 115. Q. Ninnio Hasta, & P. Manlio Vopisco coss.

Agonem Capitolinum VIIII. fecit Traianus Hadrianus Aug. Olymp. 224. an. 2. vrb. cond. 870. Chr. Do. 119. Sex. Erucio Claro, & Ti. Iulio Alexandro Coss. Imp. vero sui an. primo.

Agonem Capitolinum X. fecit Traianus Hadrianus Aug. Olymp. 225. anno 2. vr. cond. 874. Christi Domini 123. M'. Acilio Auiola, & C. Cordlio Pansa Coss.

Agonem Capitolinum XI. fecit Traianus Hadrianus Aug. Olymp. 226. anno 2. vrb. cond. 878. Christi Domini 127.

Agonem Capitolinum XII. fecit Traianus Hadrianus Aug. Olymp. 227. anno 2. vr. cond. 882. Christi Domini 131. Q. Fabio Catullino, & M. Flauio Apro Coss.

Agonem Capitolinum XIII. fecit Traianus Hadrianus Aug. Olymp. 228. an. 2. vrb. con. 886. Chr. D. 135. C. Iulio Serulio Vrso Seruiano III. & C. Iuuentio Vero Coss.

Agonem Capitolinum XIIII. fecit Traianus Hadrianus Aug. 229. anno 2. vrb cond. 890. ///. Quinctio Nigro, & /// Camerino Magno Coss. Imperij sui anno vltimo.

Agonem Capitolinũ XV. fecit Antoninus Pius, Aug. Olymp. 230. anno 2. vrb. cond. 894. Chr. Domini. 143. ///. Antonio Rufino, & T. Numinidio Quadrato Coss.

Agonem Capitolinum XVI. fecit Antoninus Pius, Aug. Olymp. 231. anno 2. vrb. cond. 898. Chr. Do. 147. M. Valerio Largo, & M. Valerio Messallino Coss.

Agonem Capitolinum XVII. fecit Antoninus Pius, Aug. Olymp. 232. anno. 2 vrb. cond. 902. Christi Domini. 151.

Agonem Capitolinum XVIII. fecit Antoninus Pius, Aug. Olymp. 233. an. 2 vrb. cõd. 906. Chr. D. 155. L. Aelio Aurelio vero Cæsare, & /// Sextilio Laterano Coss.

Agonem Capitolinum. XIX. fecit Antoninus Pius Aug. Olymp. 234. anno 2. vrb. cond. 910. Christi Do. 159. /// /// Tertullo, & /// ///. Sacerdote Coss.

Agonem Capitolinum. XX. fecerunt M. Aurelius & L. verus Augg. fratres. Olymp. 235. an. 2. vrb. cond. 914. Chr. Do. 163. // Iunio Rustico II & /// Vettio Aquilino Coss.

Agonem Capitolinum XXI. fecerunt M. & L. verus Augg. fratres. Olymp. 236. an. 2. vrb. cond. 918. Chr. Do. 167. /// Seruilio Pudẽte. II. & T. vitrasio Pollione Coss.

Agonem Capitolinum XXII. fecit M. Aur. Antoninus Aug. Olymp. 237. anno 2. vr. cond. 922. Christi Domini. 601.

Agonem Capitolinum XXIII. fecit M. Aur. Ant. Aug. Olymp. 238. an. 2. Vrb, cond. 926. Christi Domini. 175.

Agonem Capitolinum XXIV. fecerunt Marcus pater, & Cōmodus filius, Augg. Olymp. 239. anno 2. vrb. cond. 929. Chr. Dom. 178.

Agonem Capitolinum XXV. fecit Commodus Imp. Olymp. 240. anno 2. vrbis conditæ 934. Christi Do. 183.

Agonem Capitolinũ XXVI. fecit Commodus Imp. Olymp. 241. anno 2. vrb. cond. 938. Christi Domini 187.

Agonem Capitolinũ fecit XXVII. Commodus Antoninus. Olymp. 242. anno 2. vr. cond. 942. Chri. Domini 191.

Agonem Capitolinum XXVIII. fecit Seuerus Imp. Olymp. 243. anno 2. vrb. cond. 946. Christi Domini 195.

Agonem Capitolinum XXIX. fecit Seuerus Aug. Olymp. 244. an. 2. vrbis. cond. 950. Christi Do. 199. Ti. Atrio Saturnino, & C. Annio Trebonio Gallo coss.

Agonem Capitolinum XXX. fecerũt Seuerus cũ filio M. Aurelio Antonino Caracalla. Olymp. 245. anno 2. vrb. cond. 954. Chr. Do. 203.

Agonem Capitolinum XXXI. fecerũt Seuerus & Ant. Caracalla. Augg. Olymp. 246. anno 2. vrb. cond. 958. Chr. Do. 207.

Agonem Capitolinum fecerunt Seuerus & Geta. XXXII. Olymp. 247. anno 2. vrb. conditæ 962. Chri. Do. 211.

Agonem Capitolinum XXXIII. fecit Caracalla. Olymp. 248. anno 2. vrbis conditæ. 966. Christi Domini 215.

Agonem Capitolinũ XXXIIII. fecit Heliogabalus. Olymp. 249. anno 2. vrb. cond. 970. Christi Domini 219.

Agonem Capitolinum XXXV. fecit Seuerus Alexander. Aug. Olymp. 250. anno 2. vrb. cond. 974. Chr. Do. 223.

Agonem Capitolinum XXXVI. fecit Alexander Aug. Olymp. 251. anno 2. vrb. cond. 978. Christi Domini 227.

Agonem Capitolinum XXXVII. fecit Alexand. Aug. Olymp. 252. anno 2. vrb. cond. 982. Christi Domini 231.

Agonem Capitolinum XXXVIII. fecit Alexãder Aug. Olymp. 253. an. 2. vrb. cond. 986. Chr. Domini 235. /// Maximo, & /// Vrbano Coss. Imperij Alexandri Aug. 12. anno.

Agonem Capitolinum XXXIX. fecerunt Balbinus & Pupienus Augg. Olymp. 254. anno 2. vrb. cond. 990. Christi Domini 239.

Agonem Capitolinum fecit XL. Gordianus III. Aug. Olymp. 255. anno 2. vrb. cond. 994. Christi Domini 243.

Agonem Capitolinum XLI. fecit Philippus Imp. Senior. Olymp. 256. anno 2. vrb. cond. 998. Christi Domini 247.

Agonem Capitolinum XLII. fecit Decius Traianus Aug. Olymp. 257. anno 2. vrb. cond. 1002. Chri. Do. 251.

Agonem Capitolinum XLIII. fecerunt Valerianus & Gallienus, Impp. Olymp. 258. anno 2. vrb. cond. 1006. Chr. Do. 255.

Agonem Capitolinum XLIIII. fecerunt Valerianus & Gallienus Augg. Olymp. 259. anno

2. vrb.

INDEX.

Aimilius Paullus, præn. M. L. F. L. N. Mag. equit. Olymp. 119. anno 4. vr. cond. 452. Rei gerundæ caussa.

Aimilius Paullus, præn. M. L. F. L. N. Cos. collegam nactus est M. Litium Dextrum. Olymp. 119. anno 3. vrb. cond. 452.

Aimilius Paullus, præn. M. M. F. L. N. Cos. cum collega Ser. Fulvio Pætico Nobiliore. Olymp. 131. anno 2. vrb. cond. 499.

Aimilius Paullus, prænomine L. M. F. M. N. Cos. collega fuit M. Liuij Salinatoris. Olymp. 140. anno 2. vrb. cond. 535.

Aimilius Paullus, præn. L. iter. Cos. cum collega C. Terentio Varrone. Olymp. 141. anno primo vrbis conditæ 538.

Aimilius Paullus, prænom. L. L. F. M. N. Cos. collegam habuit Cn. Bæbium Tamphilum. Olymp. 149. anno 4. vrb. cond. 572.

Aimilius Paullus, præn. L. iter. Cos. cum collega C. Licinio Crasso. Olymp. 153. anno 1. vrb. cond. 586.

Aimilius Paullus, præn. L. M. F. Cos. cum collega C. Claudio Marcello. Olymp. 182. anno 2. vrb. cond. 704.

Aimilius Paullus, præn. L. L. F. M. N. Censor. Olymp. 154. anno 1. vrb. cond. 589. Lustrum. 53. fecit cum collega Q. Marcio Philippo.

Aimilius Scaurus, præn. M. Cos. collegam habuit M. Cæcilium Metellum Vittanum. Olymp. 166. anno 2. vrb. cond. 639.

Aimilius Scaurus, præn. M. Censor. Olymp. 167. anno 4. vrb. cond. 644. Lustrum non condidit, nam abdicauit Mag. ibidem.

Aimilius Scaurus, præno. M. Princeps Senatus. Olymp. 169. anno 3. vrb. cond. 651. C. Mario IIII. & Q. Lutatio Catulo Coss.

Aimilius Scaurus. præn. M. Princeps Senatus iterum. Olymp. 170. anno 4. Vr. cond. 656. Cn. Cornelio Lentulo, & P. Licinio Crasso Coss.

Aimilius Scaurus, præno. M. III. Princeps Senat. Olymp. 172. anno 1. vrb. cond. 661. C. Claudio Pulchro, & M. Perpenna Coss.

Albinus, præn. Ceionius Rufinus, in occidente. Olymp. 280. anno 4. vrb. cond. 1096. Chr. Domini 345.

Albinus, V. C. præn. Cæcinna Decius, in occidente Cos. Olymp. 305. anno 4. Vrb. cond. 1195. Christi Domini 444.

Albinus, V. C. & inlustris, præn. Decius, in occidente Cos. Olymp. 317. anno 4. vrb. cond. 1244. Christi Domini 493. Quo anno Odonacer Rex occisus est.

Alexander, prænomine M. Aurelius, ab Heliogabalo Aug. adoptatus ac Cæsar appellatus est. Olymp. 250. anno primo. vrb. cond. 973. Christi Domini 222. /// /// Grato, & // Claudio Seleuco Coss.

Alexander, præn. M. Aurelius, Cos. collega Heliogabalo IIII. additus. Olymp. 250, anno 2. vrb. cond. 974. Christi Domini 223.

ALEXANDER SEVERVS, prænomine M. Aurelius, Diui Antonini Heliogabali F. Diui Seueri N. Imp. Cæs. pius, fœlix, Aug. XXVII. P. R. Imp. qui imperauit annis 13. mensibus 7. dieb. 17. imperium iniit, Heliogabalo XI. K. Mart. occiso. ibidem.

Alexander Seuerus, Aug. Pont. Max. Trib. pot. Cos. P. P. Imp. ///. ibidem.

Alexander Seuerus, Aug. Agonem Capitolinum, XXXV. fecit ibidem.

Alexander Seuerus, Aug. P. Ma. Trib. pot. II. Cos. P. P. Imp. ///. Olymp. 250. anno 3. Vrb. cond. 975. Christi Domini 224. ///. Maximo II. & ///. Papirio Adiano Coss.

Alexander Seuerus Aug. P. M. Trib. pot. II. Cos. P. P. Imp. ///. ibidem. XI. K. Mart. elapse anno.

Alexander Seuerus, Aug. P. Ma. Trib. pot. II. III. Cos. P. P. Imp. ///. Olymp. 250. an. 4. vr. con. 976. Christi Domini 225. ///. Claudio Iuliano II. & ///. Clodio Crispino Coss.

Alexand. Seuer. Aug. P. M. Trib. pot. III. IV. Cos. des. II. P. P. Imp. ////. Olymp. 251. anno 1. vrb. cond. 977. Christi Domini 226. L. Turpilio Dextro, & M. Mecio Rufo II. Coss.

Alexand. Seuer. Aug. P. M. Tri. pot. IV. V. Cos. II. P. P. Imp. ///. Olymp. 251. anno 2. vrbis cond. 978. Christi Domini 227.

Alexander Seuerus, Aug. Agonem Capitolinum fecit. XXXVI. ibidem.

Alexand. Seuerus, Aug. II. Cos. collegã assumpsit C. Quinctilium Marcellum. ibidem.

Alexand. Seuerus, Aug. P. M. Tr. pot. V. VI. Cos. II. P. P. Imp. ///. Olymp. 251. an. 3. Vrb. cond. 979. Chr. Domini 228. D. Coelio Balbino II. & M. Clodio Pupieno Maximo Coss.

Alexand. Seuer. Aug. P. M. Tr. pot. VI. VII. Cos. II. des. III. PP. Imp. ///. Olymp. 251. an 4. vr. cond. 980. Chr. Do. 229. /////. Modesto & // /// Probo Coss.

Alexand. Seuerus Aug. P. M. Tri. pot. VII. VIII. Cos. III. P. P. Imp. ///. Olymp. 252. an. primo Vrb. cond. 981. Christi Domini 230.

Alexand. Seuer. Aug. III. Cos. cũ collega /// Niceto retulit. ibidem.

Alexand. Seuer. Aug. P. M. Tr. pot. VIII. IX. Cos. III. P. P. Imp. ///. Olymp. 252. an. 2. vr. cond. 982. Christi Domini 231. ///. Calpurnio Agricola, & /// ///. Clementino Coss.

Alexand. Seuer. Aug. Agonẽ Capitol. XXXVII. fecit. ibidem.

Alexa. Seuer. Aug. P. M. Tr. pot. IX. X. Cos. III. P. P. Imp. ///. Olymp. 252. an. 3. vrb. cond. 983. Christi Domini 232. M. Aurelio Claudio Pompeiano, & /// // Feliciano Coss.

Alexand. Seuer. Aug. P. Ma. Tr. pot. X. XI. Cos. III. P. P. Imp. ///. Olymp. 252. an. 4. vr. cond. 984. Christi Domini 233. ///. Iulio Lupo, & /// // Maximo Coss.

Alexa. Seuer. Aug. Decennal. actis vota suscepit Vicennalia. ibidem.

Alexand. Seuer. Aug. P. M. Tr. pot. XI. XII. Cos. III. P. P. Imp. ///. Olymp. 253. an. 1. vr. cond. 985. Christi Domini 234. /// ///. Maximo II. & /// Orfinio Paterno Coss.

Alexa. Seuer Aug. P. M. Tr. pot. XII. XIII. Cos. III. P. P. Imp. /// Olymp. 253. an. 2. vr. cond. 986. Chr. Do. 235. /// Maximo, & /// vrbano Coss. Eo anno bellum cum Persis gestum.

INDEX.

Antoninus

INDEX.

 mensibus

Aurelianus

905. Christi Domini 154. // Brutio Praesente & /// Antonio Rufino Coss.

Aurelius Caes, Pont. Trib. pot. VII. VIII. Cos. II. Procos. Imp. Olymp. 233. anno secundo. vrbis conditae 906. Christi Domini 155. L. Aelio Aurelio Vero eius fratre, Pij autem Aug. F. Caesare, & /// Sex. filio Laterano Coss.

Aurelius Caes. Pont. Trib. pot VIII. IX. Cos II. Procos. Imperat. Olymp. 233. anno 3. vrb. cond. 907. Christi Domini 156. C. Iulio Seuero, & M. Rufino Sabiniano Coss.

Aurelius Caesar Pontifex. Tribuni. potest. IX. X. Cos. II. Procos. Imp. Olymp. 234. anno 4. vrbis conditae 908. Christi Domini 157. /// Sertio Augurino, & /// Plautio Siluano Coss.

Aurelius Caes. Pont. Trib. pot. X. XI. Cos. II. Pro. Imp. Olymp. 234. an. 1. Vrb. cond. 909. Chr. D. 158. /// /// Barbaro, & // /// Regulo, Coss.

Aurelius Caes. Pont. Trib. pot. XI. XII. Cos. II. Procos. Imp. Olymp. 234. an. 2. vrbis cond. 910. Christi Domini 159. /// /// Tertullo, & // /// Sacerdote Coss.

Aurelius Caes. Pont. Trib. pot. XII. XIII. Cos. II. Imperat. Olymp. 234. an. 3. vrb. cond. 911. Christi Domini 160. /// Plautio Quintillo & /// Statio Prisco Coss.

Aurelius Caes. Pont. Trib. pot. XIII. XIV. Cos. II. des. III. Procos. Imp. Olymp. 234. an. 4. vrbis conditae 912. Christi Domini 161. //// Vespronio vero II. & M. Aulio Metilio Bradua. Coss.

Aurelius Caes. Pont. Trib. pot. XIIII. XV. Cos. III. P. P. Procos. Imp. Olympiadis 235. an. primo, vrbis conditae 913. Christi Domini 162.

Aurelius Caes. III. Cos. cum collega L. Aelio Aurelio Vero Caes. fratre iterum. ibidem.

AVRELIVS ANTONINVS, praenom. M. XVII. Pop. Rom. Imp. Caes. Aug. Armeniac Parthic. Germ. Sarm. Diui Antonini Pij F. Diui Hadriani N. Diui Traiani Parthici Pronep. Diui Neruae Abnep. qui (imperium aequale cum fratre L. gessit annos circiter nouem, solus eo mortuo gubernauit, annos fere septem, quibus euolutis, accito in Imperium Commodo filio, cum eo trib. annis rexit, totidemque mensibus,) summatim imperauit annos XIX. diesque vndecim. Imperium ipse & L. fratres aggressi sunt III. Non. Mart. (quo die Antoninus Pius pater excesserat.) Olympiadis 235. anno primo. vrbis conditae 913. Christi Domini 162. Quo demum tempore consulatū habebant, ipse tertium autem iterum.

Aurelius Antoninus Augustus, Pont. Max. Trib. pot. XV. XVI. Cos. III. Imp. Olympiadis 235. anno secundo. vrbis conditae 914. Christi Domini 163. /// Iunio Rustico II. & /// Vetio Aquilino Coss. Agonem XX. fecit vna cum fratre. ibidem.

